

*Petri Hispani*

**QUESTIONES SUPER LIBRO**

**“DE ANIMALIBUS” ARISTOTELIS**

Estudio, edición y traducción del ms. 1877 de la B. N. de Madrid

**vol. I**

**Francisca Navarro Sánchez**

**TESIS DOCTORAL**

Dirigida por la Dra. Cándida Ferrero Hernández

Departamento de Ciencias de la Antigüedad y de la Edad Media  
Facultad de Letras

UAB  
2009

**II. *QUESTIONES SUPER LIBRO***

***“DE ANIMALIBUS” ARISTOTELIS***

**(texto)**



## TABULA LIBRORUM

### <LIBER I>

#### <Prologus>

/19ra/ **Questio prima super prologum libri primi *De animalibus* Aristotelis.**

1. Vtrum sit possibile esse scientiam de omnibus animalibus.

2. Vtrum unus homo uel uita unius hominis sufficiat ad traditionem doctrine de omnibus animalibus

3. Vtrum subientum istius scientie sit homo uel animal. 5

4. Quare iste liber et liber *De plantis* habent prologum, alii libri non.

Quare iste prologus est catholicus, ille *De plantis* est philosophicus.

Cum sit triplex perfectibile, scilicet planta, animal, homo, et sint tres perfectiones, scilicet uegetatiua, sensitua et intellectua, quare non habemus unam scientiam de triplici perfectibili, sicut de triplici perfectione, sicut est de scientia de anima. 10

Cum sit unus liber proprius de plantis, alius de animalibus, quare non est aliquis proprius de homine.

**I. Questio prima libri primi super librum *De animalibus* Aristotelis.**

1. Vtrum organitatio membrorum sit necessaria in animalibus, plantis uero non 15

2. Vtrum organitatio sit in plantis.

Item quare uirtus generatiua determinat sibi partem in animalibus ut testiculos in ...

20 Item quare sit regeneratio in sumitate plantarum, non autem in aliis partibus.

Item quare cum contingat sibi regeneratio in aliquibus partibus aliquorum animalium, quare non in omnibus.

Item quare in quibusdam animalibus contingit sicut in serpentibus et in animalibus anulosis quod si abciduntur caude eorum, regenerantur.

25 3. Vtrum organitatio sit medium in uita.

**II. Questio secunda libri primi**

1. Vtrum homo naturaliter moueatur uel utrum motus sit homini.

2. Vtrum motus insit omni animali

3. Vtrum motus magis insit animalibus agrestibus quam aquosis.

30 4. Quare quedam animalia aquosa fiunt agrestia et non conuertitur uel e contrario.

Quare quedam animalia adtrahunt aera, quedam aquam.

Vtrum hec transmutatio sit possibilis quod animal aquosum fiat terrestre.

Vtrum animal uolatile est ambulabile et non e conuerso.

35 5. Quare quedam animalia mouentur de die, quedam de nocte.

Quare uolatile bone ale est mali pedis.

Quare quedam animalia uolunt esse in turba, quedam solitaria.

Quare omne animal uociferat tempore coitus preter hominem.

Quare omne animal est audax et furiosum tempore coitus.

40 Quare animal tempore coitus non potest quiescere sed mouetur de loco ad locum.

Quare homo ante coitum est audax, post coitum est timidus.

Quare quedam animalia habent uoces dulces, quedam habent turpes.

Quare sonus auium maxime delectat homines.

45 Quare aues rapaces non sic dulciter cantant ut alie aues.

Quare cum animal diuidatur per brutum et hominem, homo manet in specie specialissima, brutum autem diuiditur in multas species.

Quare homo potius dividitur per complexionem quam aliud animal.

Quare asinus habet uocem ita magnum.

Quare eligitur rex in uolatilibus, non autem in aliis brutis animalibus. 50

Quare quedam animalia habent cibum sibi determinatum sicut aues uiuentes de rapina, que non comedunt nisi carnem, quedam autem non.

Quare homo cum sit dignissima creaturarum, non habet cibum sibi determinatum.

Quare quedam animalia terrestria uenantur in aqua, non e contrario. 55

Quare quedam animalia abscondunt se in yeme in cauernis terre.

Quare castratura meliorat bruta et hominem deteriorat.

Quare castratura quosdam facit pingues, quosdam malicentos.

Quare canis et elephas magis disciplinabilia quam cetera bruta.

Vtrum sit ponere hominem siluestrum et domesticum. 60

### III. Questio tertia libri primi

1. Vtrum membra naturalia sint nobiliora membris animalibus.

2. Quare egestio hominis est maxime fetida.

Quare omne uolatile caret urina, cum bibant aquam.

Quare omne animal mingens est egerens, et non conuertitur. 65

Quare aues rapaces non potant.

Quare omne animal carens sanguinem habet pedes.

/19rb/ Quare homo et aues habent duo pedes.

Quare pisces in quantum pisces non habent pedes.

Quare homo tardius incedit ceteris animalibus incessu pedum. 70

Quare homo incedit rectus, alia animalia incedunt curua.

### IV. Questio quarta libri primi.

1. Vtrum physonomia sit possibilis

---

67. sanguine M

2. Cuius membrorum principaliter sit physonomia.

75 Vtrum physonomia magis attestetur faciei et oculis quam aliis membris.

Quare facies maxime patitur nocumentum ab interiori et non ab exteriori.

Vtrum nullum membrum potest tantum calorem uel frigus sustineresicut facies.

3. Quare plures suture sunt in cerebro humano quam in cerebro alterius animalis.

80 Quare in capite hominis sunt suture lineate, in capite femine sunt circulate.

Quare pars posterior cerebri sit fortis, anterior sit debilis usque ad magnum tempus.

Quare magnitudo et latitudo frontis significet hominem esse indiscretum.

85 4. De pysonomia superciliorum, et queritur primo quare rectus transitus superciliorum significat hominem effeminatum et flexibilem.

Quare si arcus superciliorum contingat se in naso, significat quod leuis sit et subtilis et studiosus in operibus suis.

Quare extensio superciliorum uersus tempora, significat negligentum et male dispositum.

90 Quare demissa supercilia significant inuidum.

5. De physonomia oculorum, et primo propter quid albedo oculi hominis non uaruatur nisi raro uel numquam, nigredo autem uariatur.

Quare nigredo oculorum in alis animalibus ab homine numquam uariatur preterquam in equo.

95 De controuersia inter istum et Galenum, quia dicit Galenus quod paruus oculus est bonum signum, magnus quandoque bonum quandoque malum. philosophus dicit contrarium.

Quare profunditas in oculis significat subtilitatem et acuitatem uisus in omnibus animalibus et discretionem.

100 Quare eminencia oculorum significat indiscretionem et maliciam dispositionis.

---

80. Quare in capite hominis sunt suture lineate, in capite femine sunt circulate *mg.*

Quare oculi multum immobiles et pauca clausura significat stultum et inuenerendum.

Quare oculi ualde mobiles et multe clausura significat indiscretum et mobilem. 105

6. De physionomia aurium, et primo quare aures sunt distincte in homine maiori distancia quam alia organa sensuum.

Quare in auribus foramen est tortuosum.

Quare omnia animalia preter hominem mouent aures.

Quare animalia melancholica sicut asinus, ceruus et lepores habent magnas aures. 110

7. De physionomia narium, et queritur quare sternutatio est signum conualescentie.

8. De physionomia manuum, et primo quare lineamenta in manu plus ualent ad pronosticandum de uita quam in pede uel in alio membro. 115

Quare lineamenta apparencia, sunt signum longe uite, quando autem non sunt signum breuis uite.

9. Quare membra que sunt in homine secundum latum, sunt eadem in specie sicut duo brachia, duo pedes, duo oculi, membra autem que in longum et profundum non. 120

Quare in homine dextrum ponitur pro sinistro, in aliis animalibus non.

Quare mulieres non sunt ambidextre sicut dicit Hipocrates.

Quare mulieres non faciunt cum manu sinistra opera †dextra†.

**Nota quod in primo tanguntur LXXXII problemata.**

---

123. Quare mulieres non faciunt cum manu sinistra opera †dextra† *mg.*



## LIBER II

### I. Questio prima libri secundi super librum *De animalibus* Aristotelis.

1. De controuersia inter medicum et philosophum de uentriculis cordis.

Quare cor sit figure pyramidalis.

5 Quare basis cordis declinat uersus dextram partem, corpus uero uersus sinistram.

Quare basis cordis in homine est superius, conu autem inferius in aliis animalibus sicut in piscibus est e conuerso.

10 Quare cor in homine secundum situm declinat ad sinistram sed in suflatione sua ad dextram, non sic est in aliis animalibus, sed est cor in medio.

Quare intestina sunt inuoluta in homine.

Quare tria intestina superiora sunt gracilia et longa, tria autem inferiora sunt grossa et curta.

15 Quare est cum cor nutriatur ex puriori nutrimento quod est pessimi nutrimenti et dure digestionis.

/19va/ Quare ren dexter est inferior quam sinister.

Quare ren sinister est pinguior quam dexter.

2. Quare cerebrum diuiditur per ante et retro cum alia membra diuidantur per dextrum et sinistrum.

20 Quare membra exteriora diuidantur per dextrum et sinistrum et non interiora, non enim habemus duos stomachos uel duo epata sicut duo brachia et cetera.

Quare sensus uisus, auditus et olfatus quilibet habet duo organa, sed unicum est organum gustus, scilicet lingua.

25 Quare sic est quod sunt quedam animalia que habent duas linguas sicut serpentes.

Quare aues habent pulmonem distinctum per multos ramos, homo autem non.

## II. Questio secunda libri secundi.

1. De origine sensus et motus. Vnde scilicet oriantur in prima parte cerebri. 30

2. Quare collum leonis est continuum.

Quare in ossibus leonis non est medulla cum ossa nutriantur ex medulla.

Quare ex concussionem leonis uenit ignis.

3. Quare quedam animalia in eundo proponunt pedem dextrum et quedam sinistrum. 35

Quare homo in ambulando proponit pedem dextrum, in defendendo proponit sinistrum.

Quare elephas pedes anteriores habet alteriores, cum alia animalia habeant e contrario.

Quare homo habet pectus amplum plus quam alia animalia. 40

Quare homo, elephas et simia habent mamillas in pectore, alia animalia sub uentre uel inter coxas.

Quare in quodam genere animalis sicut in homine et porco, mas et femina habent mamillas, in aliis autem non.

Quare flexio pedum in homine est ad posterius et manus ad anterius. 45

Quare equus et huius animalia flectunt pedes anteriores ad posterius et posteriores ad anterius.

Quare elephas et leo flectunt pedes anteriores ad anterius, et alia animalia e contrario.

Quare omnia preter hominem et symiam habent caudam. 50

## III. Questio tertia libri secundi.

1. Vtrum augmentum sit possibile et est questio utrum puer postquam est generatus, debeat ulterius crescere.

2. In quo tempore uel in qua etate fiat maius aumentum.

Quare in principio pars interior homine est minor quam superior in iuuentute e contrario, et in aliis animalibus est similiter e contrario. 55

Quare in senectute pars superior descrecit et non inferior.

De cornibus.

**3.** Quare cerui muttant cornua.

60 Quare cerui cornua abscondunt.

Quare animalia habencia cornua, omnes masculi generaliter habent cornua et quedam femine habent cornua, quedam non.

Quare iste passiones se concomittantur, scilicet habere cornua et non habere dentes in mandibula superiori, habere plures uentres et habere intestinum  
65 tortuosum.

Quare cerui habent cornua continua et non concaua, alia animalia habent e contrario.

Quare generaliter in cornibus uersus radicem est concauitas, in parte superiori non.

70 De dentibus.

**4.** Quare dentes anteriores sunt lati et acuti, dentes uero maximillares sunt lati et grossi, dentes uero qui sunt in medio, sunt acuti.

Quare quidem dentes transmuttantur in prima etate et quidam non.

Quare in omnibus animalibus preter equum dentes in senectute nigrescunt,  
75 in equo autem dealbantur.

Quare in quibusdam animalibus sunt plures ordines dentium.

Quare in masculis generaliter plures sunt dentes quam in feminis.

Quare habere plures dentes est signum longe uite, et contrarium signum contrarii.

80 Quare pisces habent dentes acutos.

Quare dentes augmentantur usque in finem uite in continuum et diminuuntur in discretum.

Quare animalia rumancia habent sepum pro pinguedine, non rumancia uero habent sanguinem.

---

58. de cornibus *mg.*

61. generaliter *mg.*

70. de dentibus *mg.*

**Nota quod in secundo libro tanguntur XLVIII problemata.**

85

## LIBER III

### I. Questio prima libri tercii *De animalibus* Aristotelis.

/19vb/ 1. De distinctione animalium per istas differentias: uolatile et gresibile, et hoc †petere utrum† distinctio animalium sit penes formam uel penes materiam.

5 Cum animalia diuidantur penes tria elementa in quibus habitant, quare non diuiduntur penes quartum.

Vtrum iste differentie, uolatile, aquatile sunt differentie essentielles uel accidentales.

2. Quare uolatilia assimilantur homini in uociferando, agrestia in mouendo,  
10 pisces in neutro.

Quare aues rapaces peius cantant quam uiuentes de terre nascentibus.

Quare in auibus minus est fel et splen quam in aliis animalibus.

Quare in auibus colera delegatur ad intestina.

Quare generaliter in animalibus fel est prope epar in syma epatis, spen est  
15 supra longius ab epate.

De testiculis.

3. Quare in feminis testiculi generaliter sunt extra, in maribus uero quandoque intra, quandoque extra.

Quare quidam masculi habent uirgam et testiculos et quidam non, sicut aues  
20 non habent uirgam et tamen habent testiculos.

Quare matrices in auibus sunt prope cor, non sic autem est in aliis animalibus.

### II. Questio secunda libri tercii.

De uenis.

25 1. Queritur de necessitate uenarum, et primo utrum uene sint necessaerie in animalibus.

---

11. uiuetes *M*

16. de testiculis *mg.*

24. de uenis *mg.*

Vtrum in qualibet parte corporis sint uene.

2. Vtrum uene oriantur a corde uel ab epate.

De controuersia medicorum de ortu uenarum, quia philosophus ponit cor principium, Ysaac ponit cerebrum. Alii medicii omnes ponunt epar. 30

Quare secundum philosophum uena oritur in dextra parte cordis, arteria in sinistra.

Quare arteria habet duas tunicas, uena tamen unam.

Quare uena que dirigitur a corde ad pulmonem est composita ex natura uene et arterie. Vnde dicitur uena arterialis, alie autem uene non. 35

### III. Questio tertia libri terti.

De neruis.

1. De origine neruorum utrum scilicet oriantur a corde uel cerebro.

2. Vtrum sint plures nerui sensitiui quam motiui.

3. Quare membra que sunt medium in uirtute naturali et uitali sunt concaua sicut nerui et arterie. Membra que sunt medium in uirtute animali non sunt concaua sicut nerui. 40

Quare inter neruos neruus obticus est concauus.

4. De complexione neruorum utrum sint flegmatici uel melancolici.

De controuersia medici et philosophi ad se ipsum, quia philosophus dicit in secundo *De anima* quod ossibus et neruis nihil sentimus. Alibi autem dicit quod neruus est medium in tangendo, et similiter medici dicunt quod neruus est medium in sentiendo. 45

De pilis.

5. Quare in prima natiuitate animalia pilosa tota teguntur pilis, homo uero nascitur nudus pulis preterquam in capite. 50

---

37. de neruis *mg.*

45-48. de controuersia medici et philosophi ad se ipsum, quia philosophus dicit in secundo *De anima* quod ossibus et neruis nihil sentimus. Alibi autem dicit quod neruus est medium in tangendo, et similiter medici dicunt quod neruus est medium in sentiendo *in inferiori margine*

49. de pilis *mg.*

Quare capilli usque ad finem uite augmentantur in continuum sed post  
iuuentutem diminuuntur in discretum.

Quare capilli plus augmentantur in homine quam in muliere.

55 Quare pili plus sunt circa oculos in palpebris et superciliis quam circa aliud  
organum sensuum.

Quare pili barbe plus crescunt in senectute quam alii pili.

Quare pili in barba et in pectine et subascellis non crecunt in principio  
natiuitatis, sed in adolescentia et post.

60 **6.** Quare in homine uariatur pili a parte etatis et non plume in auibus nec pili  
in aliis animalibus.

Quare pili in ouibus sunt lenes, in aliis animalibus non sic.

Quare pili si incidantur, regenerant, et non plume.

Quare melior lana crescit in regione frigida quam in calida.

65 **Nota quod in tercio libro tanguntur XXXIII problemata.**

---

65. Nota quod in tercio libro tanguntur XXXIII problemata *in inferiori margine*

## LIBER IV

### I. Questio prima libri quarti super librum *De animalibus* Aristotelis.

De sanguine.

1. Vtrum sanguis sit necessarius animalibus.

2. Vtrum quilibet humor nutriatur sanguine. 5

Quare sunt quedam humiditates in corpore liquide et extra coagulantur sicut sanguis. Sperma autem est in corpore coagulatum et extra corpus liquefit.

Quare sanguis cuiuslibet animalis coagulatur preterquam in animalibus melancolicis.

### II. Questio secunda libri quarti. 10

1. Vtrum sanguis sit principium conseruationis uel corruptionis.

2. In quo sexu plus habundat sanguis.

/20ra/ 3. In qua habitudine plus habundat sanguis.

Quare sanguis fluens ex uulnere est bonum signum.

4. Vtrum hec animalia scilicet malachie et huius sunt calida. 15

5. Vtrum malachie et huius animalia habent epar.

6. Quare quartum genus istorum animalium est uenenum et non alia tria.

Quare nutrimentum apum, id est, fauus non est uenenum cum apes sint uenenum.

### III. Questio tertia libri quarti. 20

1. Vtrum uirtus sensitua naturaliter sit in corde uel in cerebro.

2. Vtrum lux sit medium in uirtute animali.

3. Vtrum omnes quique sensus sint in omni animali sicut sunt in homine.

4. Vtrum pisces audiant.

### IIII. Questio quarta libri. 25

1. Vtrum uox sit a uirtute naturali uel animali.

---

2. Questio quarta libri tercii *lituratum*; 3. de sanguine *mg*.

10. quinta libri tercii *lituratum*; 20. sexta libri tercii *lituratum*

25. septima libri tercii *lituratum*



2. Vtrum sermo in homine sit a natura uel ab arte.

Quare de obiecto auditus potius est scientia quam de aliquo alio obiecto aliorum sensuum.

30 3. Vtrum omnis uox sit significatiua.

4. Vtrum omnis uox possit scribi.

5. Quare muti naturaliter sunt surdi et non e contrario.

Quare pueri sunt muti et non surdi.

35 Quare accidentaliter citius impeditur auditus quam loquela, et tunc ad priuationem loquela non sequitur priuatio auditus.

**Nota quod in quarto libro tanguntur XXIII problemata.**

---

36. Nota quod in quarto libro tanguntur XXIII problemata *in superiori margine*

## LIBER V

### I. Questio prima libri quinti *De animalibus* Aristotelis

De sompno.

1. Quare sompnus sit necessarius animali.

Quare uirtus generatiua quasi semper cessat ab operatione, uirtus autem animalis multociens, uirtus autem naturalis et uitalis numquam. 5

2. Vtrum in omnibus animalibus sit sompnus.

3. Vtrum sompnus sit passio cerebri.

4. Quare pisces, canes et aues debiliter dormiunt.

Quare pueri bene dormiunt et senes male. 10

Quare pueri plus sompniant quam senex uel iuuenes.

Quare pisces et lepores dormiunt apertis oculis.

Quare in sompno plus uiget sudor qui est superfluitas tercię digestionis, de superfluitatibus prime et secunde digestionis est e contrario sicut dicit Auicenna.

**Nota quod in quinto libro tanguntur IX problemata.** 15

---

3. de sompno *mg.*

15. Nota quod in quinto libro tanguntur IX problemata *in inferiori margine*

## LIBER VI

### I. Questio prima libri sexti *De animalibus* Aristotelis.

De coitu.

1. Vtrum coitus sit necessarius.
- 5 2. Ad quam uirtutem reducatur coitus, et hoc disputatum est in *Tegni*.
3. Vtrum omnibus animalibus sit coitus necessarius.
4. Vtrum sit delectatio in coitu.

### II. Questio secunda libri sexti.

1. Vtrum maior delectatio sit in cibo quam in coitu.
- 10 2. Vtrum sit maior delectatio in urinando et egerendo quam in coitu.
3. Vtrum maior delectatio sit in femina quam in masculo in coitu.
4. Vtrum bruta animalia magis delectentur in coitu quam homo.
5. Vtrum femina magis appetat coitum quam masculo.
6. Vtrum coitus uiget per calidum uel per frigidum.
- 15 7. Quare uirtus appetitiua stomachi uiget per frigidum, appetitiua coitus et aliorum membrorum corporis per calidum.

Quare femina ante coitum minus diligit quam masculus, post coitum plus.

Quare femina exponit se in publico cuilibet masculo, mas autem hoc non facit cuilibet mulieri.

- 20 Quare in conmixtione siue cohitatione in tali opere sequatur tantus amor et non in conmixtione uel participatione alicuius alterius operis siue in comedendo uel huius.

Quare amori secundum corpus nihil est contrarium, amori secundum animam aliquid est contrarium.

- 25 Quare osculum est signum atecedens ad coitum.

Quare tactus sub mamilla incitat ad coitum, sicut dicit Rasy et Auicenna.

---

3. de coitu *mg.*

8. decima libri tercii *lituratum*

Quare mulier post impregnationem plus appetit coitum quam ante, omnes autem alie femine aliorum animalium fugiunt coitum post impregnationem.

Quare si uir et femina coeunt furtiue, si uir faciat gladium, erit rubiginosus, si femina caseum, erit putridus et numquam bene coagulabitur. 30

Quare mulierem coeuntem furtiue sequuntur canes.

Quare canes ita simul in coitu alligantur plus quam animalia alia.

Quare uolatilia cicius coeunt quam alia animalia.

### **III. Questio tercia libri sexti.**

1. In quo tempore plus uigeat coitus an in estate uel in yeme. 35

/20rb/ Vtrum plus uegeat coitus in autumpno quam in uere.

Vtrum uir in yeme plus appetat coitum quam mulier in etate.

Quare homo coit omni tempore non autem omnia alia animalia.

Quare in coitu est meritum et demeritum plus quam in aliis operationibus.

Quare uerecundia plus generatur in hoc opere quam in alio opere. 40

Quare plus per uisum quam per alium sensum uerecundatur homo in coitu.

2. Vtrum ouum sit necessarium ad generationem animalium. †Queritur†  
utrum ouatio sit necessaria.

Vtrum sit aliqua natura communis in piscibus et in auibus que sit principium ouationis in ipsis. 45

Quare aues non habent uirgam sed coeunt sine medio.

**Nota quod in sexto libro sunt XXXII problemata.**

## LIBER VII

### I. Questio prima libri septimi *De animalibus* Aristotelis

De ouis.

1. De generatione albuginis oui.

5 2. De generatione uitelli oui.

Cum uitellum oui generetur ex sanguine menstruo sicut lac, quare lac est album et uitellum rubeum.

3. Vtrum albumen oui calidius sit uitello.

4. Vtrum ex albumine generetur melius nutrimentum quam ex uitello.

10 5. Cum ouum generetur ex sanguine menstruo sicut lac, quare non commeditur crudum sicut lac.

Quare fructus sine decoctione artificiali ut plurimum commeduntur.

Quare uitellum est in medio oui et albumen in circuitu, e contrario est de spermate et sanguine menstruo.

15 Quare uitellum oui in aqua petit fundum, albumen supernatat.

Quare albumen oui syroppum clarificat et non oximel.

Quare albumen oui ponitur in picturis ut melius possint imprimi diuersi colores.

20 Quare in uolatilibus oua sunt magna in continuum, pauca in discretum, in piscibus et reptilibus est e contrario.

Quare oua in uolatilibus habent duram testam, in piscibus et reptilibus non.

Quare grossior pars oui primo egreditur matricem, stat enim ouum in matrice, ita quod acuta pars est superior et grossa inferior.

Quare ex ouis acutis generatur masculus, ex rotundis siue obtusis femina.

25 Quare in auibus oua sunt oblonga, in piscibus rotunda.

Quare oua in quibusdam animalibus sunt alba, in quibusdam uaria.

---

3. de ouis *mg.*

Quare in ouis auium manifesta est distinctio inter album et rubeum, in ouis piscium non.

Quare oua aliquando scinduntur ad ignem siue in cineribus, aliquando non.

Quare oua piscium faciunt magnum strepitum in igne si ibi prociuntur. 30

Quare oua laxant uentrem cum sint frigida et sicca.

## II. Questio secunda libri septimi

1. Vtrum animalia propter coitum uel in coitu fiant audacia uel bellicosa.

Quare in coitu masculus paratur ad bellandum et non femina.

Quare appetitus coitus debilitat appetitum cibi. 35

Quare coitus facit homines liberales etiam si fuerunt auari.

Quare multum luxurosi et carnales cicius mouentur ad faciendum bona, sicut intrare religionem, facere ecclesiam quam alii.

2. Quare animalia sunt mobilia tempore coitus sicut dicit philosophus et Galenus 40

3. Vtrum auster plus conferat ad generationem quam boreas.

Quare complexio calida et humida et regio calida et humida sunt ad bonum in regimine sanitatis, uentus autem calidus et humidus ad malum.

## III. Questio tertia libri septimi.

1. Vtrum sit medium inter uiuens et non uiuens uel inter mixtum et plantam. 45

Vtrum sit medium inter uegetatiuum et sensitium.

Vtrum inter brutum et hominem sit ponere medium.

Quare media inter mixtum et plantam sunt uenena et non inter plantam et brutum.

2. Vtrum media plus reducantur ad extremum inziale quam finale. 50

Vtrum natura procedat a posterioribus ad priora simpliciter uel e contrario.

Questio finis est prior natura, et quomodo materia est prior natura.

3. Vtrum conservatio corporum sit a uirtute regitiua uel naturali.

/20va/ Vtrum uirtus conseruatiua in homine reducatur ad uitalem uel naturalem uel animalem. 55

De nutrimento.

4. Vtrum uiuencia possint uiuere sine cibo.

5. Vtrum animalibus sit magis necessarius cibus quam hanelitus.

6. Vtrum cibus sit magis necessarius quam potus.

60 7. Vtrum corpus humanum possit nutriri ex simplicibus.

Quare mixtum potest redigi in naturam simplicis et non e contrario.

Vtrum quodlibet mixtum possit nutrire corpus humanum.

Vtrum nutrimentum ita possit conuerti in corpus quod nihil remaneat  
superflui.

65 Vtrum aliquid nutrimentum sit determinatum animalibus.

Quare homo est indifferens ad cibaria plus quam alia animalia.

8. Vtrum nutrimentum nutriat a tota specie.

Vtrum remota specie lactuce possit remanere complexio per quam alteret.

#### **IV. Questio quarta libri septimi**

70 1. Quare si lupus sit uulneratus, alii lupi persecuntur eum et uolunt eum  
comedere.

Quare pisces eiusdem speciei comedunt se ad inuicem, non sic est in aliis  
animalibus.

Quare pisces et aues non ruminant sicut quedam alia animalia.

75 Quare animalia rapacia sunt pessimi nutrimenti et uiuunt de bono cibo.

De aqua pluuiali.

Quare aqua pluuialis est dulcis.

Quare aqua pluuialis fecundat animalia et plantas plus quam alia aqua.

Quare aqua pluuialis est stiptica.

80 2. Vtrum potus sit necessarius animalibus.

Vtrum potus sit respectu contrarii uel respectu similis.

Vtrum appetitus potus sit respectu contrarii in actu uel in essencia.

---

56. de nutrimento *mg.*

76. de aqua pluuiali *mg.*

**3.** Quare uinum plus appetitur ab homine quam alius liquor.

Quare serpentes plus appetunt uinum quam alia animalia.

Quare serpentes diligunt lac.

85

Quare serpentes parum uel nihil potant.

Quare equus appetit aquam turbidam, uacca aquam claram.

**Nota quod in septimo libro tanguntur LXIII problemata.**



## LIBER VIII

### I. Questio prima libri octavi *De animalibus* Aristotelis.

1. Vtrum iuuentus possit renouari.

2. Quare corium serpentis renouatur et non cutis hominis.

5 Quare aquile et serpentes renouant iuuentutem et non alia animalia.

De uenenis.

Quare uenenum naturaliter petit cor.

Quare saliuu hominis est uenenum bufoni.

Quare saliuu hominis est uenenum homini.

10 Per quam uiam carnes tyrie renouant iuuentutem.

3. Quare in piscibus non est morbus pestilencialis sicut in aliis animalibus.

Quare morbus pestilencialis est plus in animalibus domesticis quam in siluestribus.

Quare in auibus est minus quam in aliis.

15 Quare in quibusdam auibus et in uaccis est plus quam in aliis.

Quare in canibus plus accidit podagra quam aliis animalibus.

Quare equa propter olfactum candele extingite patitur aborsum, et hoc etiam accidit quibusdam mulieribus sicut dicit philosophus.

Quare equis plus accidit stranguria quam aliis animalibus.

20 Quare porcis plus accidunt scrophule quam aliis.

Quare dyaria plus accidit porcis quam aliis.

Quare dyaria est in porcis difficilis curationis.

Quare uinum datum per inferiora fluxum restringit, datum superius facit contrarium.

25 Quare animalia rapacia parua et macra sunt in calida regione, animalia uiuencia de granis et plantis sunt ibi magna et pingua, in regione frigida est e contrario.

---

6. de uenenis *mg.*

Quare bufones moriuntur ex sale.

Per quam uiam uenit morbus pestilencialis.

**II Questio secunda libri octau.**

30

1. Vtrum amicitia et inimicitia sit in animalibus uel solum in homine.

Quibus animalibus plus insit amicitia et inimicitia.

Quare inimicitia est inter hominem et serpentem, inter hominem et lupum, inter agnum et lupum.

/20vb/ 2. Quare cauptela in animalibus sit a natura uel ab arte.

35

Quare astucia naturalis in animalibus uocetur cautela et non scientia.

Quare ouis est animal mite et indiscretum.

Quare in pellibus ouinis maxime generetur pediculi, et maxime cum fuerint strangulate a lupo.

Quare ceruus sit discretus cum sit melancolicus.

40

Vtrum maior sit cautela in animalibus sanguineis quam in non sanguineis.

**III Questio tercia libri octau.**

1. Vtrum in animalibus sit possibilis cauptela in eligendo medicinas.

Quare cerua cum debet parere comedit serpentaria.

Quare agrestes capree comedunt pulegium ad extrahendum sagittas.

45

Quare rutha nocet serpentibus.

Quare aues cum uulnerantur, super uulnera ponunt origanum.

Quare pantera et leopardus accipiunt stercus hominis contra uenenum.

Quare stercus hominis nocet lupis.

Quare canes plus eligunt medicinam uomitam quam alia animalia.

50

2. Vtrum medicine que competunt hominibus, competant brutis.

3. Quare equa ualde diligit fetum suum.

Quare accipiter primo rapit cor sue prede.

Quare cingnus cantat in morte.

Quare in piscibus est uisus obtusus in auibis autem acutus et maxime in rapacibus.

Quare uultures sunt optimi odoratus.

**Nota quod in octauo libro XLV problemata tanguntur.**

## LIBER IX

### I. Questio prima libri noni *De animalibus* Aristotelis

1. Quare aranea rapit, formica deponit, apis construit.

Quare formica operatur de nocte, sed aranea et apis de die.

Quare formica melius operatur in plenilunio. 5

2. Ex qua materia generetur tela aranee.

Vtrum tela aranee generetur ex superfluitate aranee.

Per quam uiam facit aranea telam.

Quare tela aranea restringit sanguinem et consolidat uulnera.

3. Vtrum mel generetur ex apibus. 10

Vtrum apes nutriantur ex cera uel ex melle.

Quare mel sit calidum uel siccum, cera calida et humida.

Quare de fauo, de manna et laudano non determinat philosophus in libro *Meteororum* ubi determinat de impressionibus cum ista faciant magnam impressionem. 15

Quare cera apis est sexangularis.

Quare in apibus femine sunt maiores et habent aculeum, masculi autem non.

Quare mel ponitur in medicinis, cera in emplastis.

Quare mel petit fondum, cera supernatat.

Quare mel calefacit et tamen extinguit ignem, cera autem est pabulum ignis et non calefacit. 20

Quare inflat corpus.

Quare cum apes recedunt custodes aspergunt alueare uino.

Quare apes per sonitum capiuntur.

Quare apes libentius stant in castanea quam in alia arbore. 25

Quare mel quod petit fundum in scutella, est melius, et illud quod est inferiori parte aluearis est similiter melius.

Quare apes incipiunt opus suum a parte aluearis.

Quare uinum quod est in medio dolei est melius, mel quod est in fundo,  
30 oleum quod est in superficie.

4. Quare uespe habitant intra domus.

Quare in domibus earum non inuenitur mel sed aliquid loco cere.

Quare apes si cadant in oleo moriuntur.

Quare apes et musce uolitant circa lumine et precipitant se ibi et moriuntur.

35 Quare apes cum pungunt, moriuntur.

## II. Questio secunda libri noni.

1. Quare lupo et animalia rapacia sunt deteriora ante cibum quam post.

Quare lupo timet ignem.

Quare sunt plures oues quam lupi, lupa pariat multos filios, ouis autem non  
40 parit nisi unum.

Quare lupi in senectute sunt magis hominibus nociui.

Quare lupi timent faciem hominis.

/21ra/ Quare lupi plus timent homines in nemore quam in campo.

Quare bos siluestris est multi stercoris.

45 Quare animalia habentia longa crura de facili paciuntur fluxum uentris.

Quare animalia rumancia faciunt gregem.

Quare plus ruminant animalia domestica quam siuestria.

Quare omne animal carens dentibus in mandibula superiori ruminat et non e  
contrario. Mures enim ruminant et habent dentes in utraque mandibula.

50 Quare est maior distinctio in uoce et in figura inter gallum et gallinam quam  
in aliis animalibus.

Quare gallus cantat horis determinatis.

**Nota quod in nono libro tanguntur XLI problemata.**

## **LIBER X**

### **I. Questio prima libri decimi *De animalibus* Aristotelis.**

1. De tempore generationis et primo utrum compleciatur sit generatio in adolescentia quam in iuuentute.

Quare masculi cicius crescunt in utero quam femine, extra uterum est e 5  
contrario.

Quare etates distinguntur per septennium, in morbi similiter.

2. Vtrum menstruum sit necessarium in generatione.

3. Vtrum menstruum decidatur a toto corpore.

### **II. Questio secunda libri decimi.**

10

1. Quare menstruum fluit de mense in mense et non emoroide.

Quare emoroide plus sunt in iudeis quam in aliis hominibus.

Quare in prima quadra lune et in tertia fluunt aque, in secunda et quarta reddeunt.

Quare mare fluit et refluit secundum quadras, aqua dulcis non. 15

Quare menstruum et Nilus fluunt completa lunatione et non in prima quadra cum de aliis humidis sit e contrario.

Quare secundum quadras lune non fluit et refluit ignis, aer sicut aque.

Quare terra non fluit et refluit.

### **III Questio tertia libri decimi.**

20

1. Vtrum fluxus naturalis menstrui sit paulatinus uel subitus.

Quare motus expulsionis sit subito, motus digestionis paulatine.

2. Quare initium generationis in homine est in uigesimo primo anno.

Quare motus periodicus plus sequitur hominem quam cetera animalia.

Quare puella cicius concipiunt quam alie. 25

Quare puella in coitu habent delectationem cum tristitia.

Quare coitus inmoderatus corpus debilitat, oculos excedat, memoriam eneruat, senectutem accelerat.

3. Quare orificium matricis plus restringitur recepto semine quam  
30 stomachos recepto cibo.

Quare suppositorium de aristole et melle, si supponatur mulieri de qua est suspitio quod sit pregnans, si ad os uenit sapor dulcis, habet marem, si sapor est amarus, habet feminam.

Quare pregnans masculo est boni coloris et leuis motus.

35 Quare mulieres post partum habent pannum in facie.

Quare mulieres primo generantes habent appetitum irrationalem.

Quare pregnantes habent appetitum sic ardentem quod si eis denegetur quod petunt aborciunt.

40 Quare a parte uiri maior est delectatio in collo matricis, a parte femine in matrice.

Quare quando cadit semine in matrice et concipit mulier, sequitur quedam oripilatio.

45 Quare strictura uulue plus ualent ad delectationem quam largitas. Largitas uulue plus ualet ad conceptionem et minus ad delectationem. Magnitudo uirge plus ualet ad delectationem et generationem quam paruitas.

Quare in regione calida uirge sunt magne et uulue parue, in regione frigida est e contrario.

Quare in regione calida plus moriuntur mulieres in partum quam in frigida.

4. Quare lentigines plus apparent in estate quam in yeme.

50 Quare post fluxum menstruorum femina est habilior ad conceptionem.

Quare urina athomosa habens nebula in superficie est signum conceptionis.

Quare mamille tempore generatione crescunt et est lac in eis.

Quare in iuuenculis mamille sunt eleuate et recte et in uetulis e contrario.

Quare si mamille gracilantur, signum est aborsus sicut dicit Ypocrates.

55 5. Vtrum masculus cicius figuretur in utero quam in femina.

De controuersia inter philosophum et Auicennam de figuratione in utero.

6. De quantitate fetus in sua prima figuratione.

Cum omne generatum reddeat ad aliquid unde exiuit, quare homo numquam ita minoratur quod reddeat ad quantitatem formice, cum a parte anime reddeat ad mores pueriles in senectute. 60

**/21rb/** Quare etiam de comparatione figurationis ad motum et motus ad partum.

Quare calculosus generat calculosum et morbosus morbosum.

Quare leprosus peccat in substantia in generando, et non peccat secundum sexum, quia generat semper leprosum, sed aliquando generat masculum, aliquando feminam. 65

Quare infectio substantie inficit filium, sed uicium in patre ex parte anime non inficit.

Quare ciragricus non generat ciragricum sicut podagricus podagricum.

Quare loripes non generat loripedem sicut podagricus podagricum.

**Nota quod in decimo libro tanguntur XLVI problemata.** 70

---

69. quam non habens pedem *mg.*



## LIBER XI

### I. Questio prima libri undecimi *De animalibus* Aristotelis.

1. In quibus mensibus pregnantibus plus doleant et grauentur.

Quare partus in septimo mense et nono est ad bonum, in sexto et octauo  
5 non.

Quare maior est dolor in partu mulieris quam in partu aliorum animalium.

Quare pregnans comedens multum salem generat filium sine unguibus.

Quare si gemini nascuntur et sint diuersi sexus, moritur alter.

2. Vtrum in exitu fetus pedes precedant capud uel e contrario.

10 Quare fetus exit pronus et non supinus.

Et quare egerit et non mingit.

Quare egestio puellae est rubea, pueri est citrina.

Quare fetus post exitum statim ponit manus ad os.

Quare fetus post exitum statim clamat.

15 Quare in mulieribus et in uolatilibus fetus iacet curuus in utero.

Quare in serpentibus in longo, in quadrupedibus autem ex transuerso.

Quare pueri multum dormiunt.

Quare motus incitat sompnum in pueris, et non in aliis etatibus.

Quare cantinele in pueris et in aliis prouocant sompnum.

20 3. Vtrum plus impediatur generatio ex parte uiri quam ex parte mulieris.

Quare generatio facilius impeditur in homine quam in aliis animalibus.

Quare philosophus lapsus in situ non appellat egritudinem, medicus autem  
sic.

Quare in matrice et in ano ut plurimum ueniunt pustule.

25 Quare spasmus est egritudo matricis.

Quare in puero plus accidit spasmus de repletionem quam de inanitionem.

Quare pueri si transeunt septimum diem, signum est quod euadunt.

Quare pueri in plenilunio plus infirmantur.

Quare matrix attrahit cum uento.

Vtrum membrum dicatur sanum quando potest exequi suas operationes, uel 30  
dicatur egrum quando desistat.

4. Quare ex polutione nascitur mola in mulieribus, in auibus ouum uenti.

Quare in auibus ex polutione generatur ouum simile ouo uero.

Quare mola non habet animam, cum ex altero superfluo concepti generetur  
animal sicuti in mulieribus salernitanis generatur bufo. 35

Quare mola generata mulieri est difficilis ei nisi super ueniat dissinteria.

Quare ex qualibet pollutione in auibus generatur ouum uenti, in mulieribus  
autem non semper generatur mola ex qualibet polutione.

Quare matricibus in uetulis sunt plene et tumide, in uirginibus sunt corrugate.

**Nota quod in undecimo libro tanguntur XXXI problemata.** 40

## LIBER XII

### I. Questio prima libri duodecimi *De animalibus* Aristotelis.

1. Vtrum in omni scientia sit iste duplex modus procedendi, scilicet narratiuus et causarum assignatiuus.

5        2. Quis istorum duorum modorum sit magis necessarius, scilicet utrum narratiuus uel causarum assignatiuus.

Quare modus causarum assignatiuus plus est in arte quam in scientia.

Quare iste modus causarum assignatiuus est plus in quadruuo quam in triuo.

10        Quare iste duplex modus procedendi distinctus est in hoc libro. In libro *De anima* est indistinctus, quia ibi modo procedit narrando, modo probando.

3. Quam causam debet philosophus reddere principalem, utrum formam uel materiam.

4. De ordine causarum, et queritur que causa est prior in ordine causarum.

15        5. De numero et sufficiencia causarum.

Quare materia non concidit cum aliis.

Et quomodo finis concidit cum forma.

/21va/ Quare forma et efficiens non concidunt in idem numero, sed solum in idem specie.

20        Quare sunt tria principia in natura et quattuor cause.

Quare priuatio est principium et non causa, finis autem e contrario, est causa et non principium.

6. De modo procedendi in diuisionibus.

Quare in differentiis precipue est defectus nominum.

25        7. Vtrum differentia conuertatur cum specie cuius est differentia.

8. Vtrum sit possibile primum principium cognoscere.

9. Vtrum intelligencie cognoscant res in primo uel in se ipsis.

---

15. et quare materia concidit cum aliis *lituratum*

10. Vtrum una intelligencia cognoscat aliam per sui speciem uel per sui essenciam.

Vtrum intellectus humanus possit apprehendere primum. 30

## II. Questio secunda libri duodecimi.

1. Vtrum animal immediate componatur ex elementis.

Cum multa sunt media inter animal et elementa, scilicet mixtum terre nascens, quare medicus et iste artifex immediate componunt animal ex elementis.

## III. Questio tertia libri duodecimi. 35

1. Vtrum miscibilia manent in mixto.

2. Vtrum miscibilia uel elementa sint in mixto actu uel potentia.

Quare membra consimilia secundum actum manifesta sunt in membris officialibus ita quod in manu possumus distingere carnem ab osse. Sed elementa in mixto sunt secundum actum occultum ita quod unum elementum non potest 40 distingui ab alio.

Quare iste et medicus incipiunt ab elementis, phisicus autem incipit a materia et forma, ut patet in libro *Phisicorum*.

Quare ignis non potest infrigidari sicut aqua calefieri, et qualitates in aliis elementis possunt reprimi. 45

3. Vtrum mixtio elementorum sit prius secundum substantiam quam alteratio secundum complexionem.

Vtrum mixtio precedat complexionem mixti uel complexio mixtionem.

Vtrum in mixtione sit contractus elementorum per minima actu uel per minima potentia. 50

Vtrum motus elementorum in mixto sit subito uel in instanti.

4. Vtrum membra officialia sint finis respectu consimilium.

Vtrum membra consimilia sint continua.

Vtrum uirtus animalis operetur per membrum consimile uel per officiale.

Vtrum uirtus naturalis operetur per membra officialia uel consimilia. 55

5. Quare uirtus naturalis semper operatur per consimilia. Virtus animalis aliquando per consimilia, aliquando per officialia.

Quare omnes uirtutes naturales operantur per uillos preter digestiuam.

Quare membra exteriora magis sunt perfecte officialia quam interiora.

60 **IV. Questio quarta libri duodecimi.**

1. Vtrum in corporibus superioribus sit calor informatiue uel effectiue.

2. Vtrum in corporibus superioribus sit ponere alias proprietates, scilicet frigidum, humidum, siccum, sicut calidum.

3. Vtrum qualitates sint ultimate in elementis

65 4. Vtrum siccum in igne et in terra sint idem in specie, et similiter de omnibus aliis qualitatibus que conueniunt duobus elementis.

Quare calidum intensum semper sequitur siccitas, frigidum intensum humiditas.

5. Vtrum humiditas possit separari ab aqua.

70 6. Vtrum qualitates elementorum sint forme essenciales elementorum.

Vtrum frigiditas sit pura priuatio uel natura aliqua.

Vtrum frigiditas immisceat se operationibus nature.

**Nota quod in duodecimo libro tanguntur XLVII problemata.**

## LIBER XIII

### I. Questio prima libri tredecimi *De animalibus* Aristotelis.

1. Quid sit gradus.

Vtrum gradus sit in aliquo predicamento.

2. De distinctione graduum.

5

Quare gramaticus distinctionem graduum facit per ternarium, medicus autem per quaternarium.

Quare gradus quantum ad partes formales uel subiectiuas diuiditur in quattuor: in primum, secundum, tertium et quartum, quantum ad partes integrales diuiditur in tres: primum, medium et finem.

10

Vtrum secundus gradus imprimat in complexionem humanam cum sit ei equalis.

Quare complexio fluens ponitur in gradu, radicalis non ponitur.

3. Vtrum elementa sint in gradu.

Vtrum elementa sint in gradu secundum qualitates passiuas, sicut sunt secundum actiuas.

15

4. Quidquid dicitur tale in medicina, dicitur per comparationem ad corpus humanum, ergo cum complexio humana sit elementata in secundo gradu, nulla medicina erit temperata.

### II. Questio secunda tredecimi libri

20

1. Queritur de ordine, et queritur unde hoc quod in secundo libro et tercio prius ponit anathomiam et physonomiam in membris exterioribus et prius in officialibus quam in ossibus, e contrario procedit in hoc assignando causas.

Quare non reddit causas in physonomia sicut in anathomia, cum in numerando determinet de physonomia sicut de anathomia.

25

2. Vtrum prima digestio incipiat in homine.

3. Vtrum quelibet digestio transmittet speciem.

---

7. quaternarium *M*

Quare homo non addit unam digestionem super animal sicut animal addit  
super plantam, cum homo sit nobilius et perfectius animali quam animal sit  
30 perfectus planta.

De contrarietate inter Auicennam et alios autores, quia Auicenna ponit  
quattuor digestiones, alii non ponunt nisi tres.

Quare prima digestio et secunda habent plura membra media in digerendo,  
tercia non, et a parte obiecti est e contrario. Nam terciā habet quattuor obiecta  
35 media, scilicet humiditatem materialem ad alias: rorem, cambium, glutinum. Sed  
prima solum habet chilum, secunda chimum.

Quare prima digestio et terciā dealbant, secunda autem generat diuersos  
colores, scilicet album, citrinum, rubeum, nigrum.

4. Quis sanguis melius nutriat, utrum grossus uel subtilis.

40 Quis sanguis cicius conseruatur, utrum grossus uel subtilis.

### III. Questio terciā libri tredecimi.

1. Vtrum sanguis nutriat quia dulcis, et utrum dulcis sapor plus nutriat quam  
alius.

Quare sapor dulcis plus est in terra nascentibus ut in zucara et huius quam  
45 in animalibus.

Quare odor aromaticus non est distincte in animalibus sicut in terra  
nascentibus.

2. Quis humor magis nutriat utrum sanguis uel colera uel flegma uel  
melancholia.

50 Quare melancholia excitat appetitum et impidit digestionem.

Quare sanguis cum flegmate continetur intra uenas, colera autem et  
melancholia intra et extra.

Quare colera et melancholia quedam est iuuatiua, quedam est necessaria.  
Sed omnis flegma et sanguis est necessarius.

55 3. Quis humor magis iuuat uirtutem animalem.

Quis sanguis plus iuuat uirtutem animalem.

#### IV. Questio quarta libri tredecimi

1. Vtrum pinguedo sit ex operatione uirtutis digestiue secunde uel tercię.

2. Vtrum pinguedo generetur a calido uel a frigido.

3. Cuius complexionis sit pinguedo. 60

4. Vtrum pinguedo sit calidior quam sanguis.

Quare pinguedo plus est circa membra naturalia quam uitalia uel animalia.

Quare magis est in parte sensitiua quam motiua.

Quare ad magnitudinem splenis sequitur diminutio pinguedinis et e contrario. 65

Quare pinguedo in auibus est citrina, in homine et porco est alba.

Quare in ruminantibus est cirbus, et potest puluerizari, in non ruminantibus est pinguedo que non potest puluerizari.

Quare omne pingue supernatat.

Quare sepum et cera liquefactum supernatat, non liquefactum petit fundum. 70

5. Quare terciã digestio in obiectum operatur continue, prima autem et secunda non.

Quare ex chilo immediate et sine mora fit chimus, sed sanguis in uenis diu moratur antequam conuertatur.

Quare in uentre paruo plus generatur pinguedo quam in magno. 75

**Nota quod in tredecimo libro tanguntur XLIII problemata.**

---

75. uentre *M*



## LIBER XIV

### I. Questio prima libri quartadecimi *De animalibus* Aristotelis.

1. Vtrum medulla sit frigida et sicca sicut os.

Queritur cuius complexionis sit nucha siue spinalis medulla.

5 Quare spinalis medulla et cerebrum sunt insipide, alie autem sunt sapide.

Quare medulla et brodium de carnibus uacunis sunt meliora quam de carnibus porcinis. De carnibus autem est e contrario.

2. Vtrum a spinali medulla oriantur omnes alie medulle.

3. Vtrum medulla oriatur ex spermate.

10 Quare medulla radicalis sicut nucha et cerebrum sunt frigide et humide, alie autem sunt calide et humide.

Quare plus reseruetur portio nutrimenti in ossibus quam in aliis partibus.

4. Vtrum tactus habeat organum determinatum.

15 Vtrum organum tactus sit neruus uel caro uel temperamentum complexionis.

Vtrum tactus sit unus sensus uel sint plures sensus.

De controuersia que est inter philosophum et Haly de sensu tactus.

Quare multitudo contrarietatis plus reperitur in tangibilibus quam in aliis sensibus.

20 Quare tactus apprehendit primas qualitates et secundas, alii sensus apprehendunt solum secundas.

/22ra/ Quare tactus uiget per temperamentum in complexione, gustus autem per humidum aquosum.

Quare gustus dicitur plus quidam tactus quam aliqui aliorum sensuum.

25 Quare tactus, gustus, olfatus operantur per complexionem, uisus autem et auditus per compositionem.

Quare uisus et auditus plus habent coparticulum quam alii sensus.

Quare quedam animalia huius coparticulum habent, quedam non sicut pisces.

Quare oculus plus representat ydolum quam alia instrumenta aliorum 30 sensuum.

Quare instrumentum uisus plus ponitur in loco superiori uel anteriori quam aliquod aliorum.

Quare uisus apprehendit suum obiectum diametraliter uel linealiter, auditus autem et olfatus circulariter. 35

Quare oculus est maxime impassibilis quantum ad tangibilia prima, ad secunda autem passibilis, et sunt prima calidum, frigidum, humidum et siccum, secunda sunt dure, molle et cetera.

Quare aures uergunt ad partem capitis posteriorem, alii autem sensus ad partem anteriorem. 40

## **II. Questio secunda libri quartadecimi.**

1. De complexione cordis, et queritur utrum sit calidum et humidum.

2. In quo corde sit maior audacia utrum in magno uel in paruo.

Quare paruitas in capite uituperatur et in corde laudatur.

Quare mares naturaliter audaciores sunt feminis. 45

Quare animalia sanguinem habentia audaciora sunt animalibus non habentibus sanguinem.

Quare ex gaudio subito moriuntur homines, ex tristitia paulatine, ex audacia uel ira numquam.

In qua complexione sit maior audacia. 50

Queritur in qua regione plus uiget audacia.

Vtrum cor sit calidius quam spiritus uel eque calidum.

3. Vtrum compositio cordis mollis sit melior quam eius compositio dura.

Quare acuta pars cordis est solidior et durior quam basis ipsius.

Quare in animalibus calidis pars acuta est inferius et basis superius, in piscibus est e contrario. 55

Quare in corde plus inuenitur os quam in epate uel in aliis membris inferibus.

Quare in quibusdam animalibus inuenitur os in corde, in quibusdam non, et  
60 quare plus in corde cerui quam in aliis.

De controuersia inter philosophus qui dicit quod solum os inuenitur in corde equi et bouis, et medicum qui dicit quod inuenitur in ceruo.

Quare os de corde cerui plus est medicinale quam alia ossa.

4. Vtrum uita in corpore determinet sibi aliquid membrum, et utrum id  
65 membrum sit cor.

De controuersia inter philosophum qui ponit cor principium uite, et medicum qui ponit quattuor principalia membra.

### **III. Questio tertia libri quartadecimi.**

1. Vtrum cor influat sic aliis membris quod nichil recipiat ab ipsis.

70 Quare philosophus tangit contraoperationem cerebri ad cor, medicus non.

Quare medicus tangit contraoperationem cordis et epatis et non philosophus.

Quare epar contraoperatur cordi quantum ad omnes qualitates et non e contrario, cum cor sit nobilius epate.

75 Vtrum caliditati cordis contrarium operetur epar.

2. Vtrum cor possit infirmari.

3. Vtrum sanguis generetur in corde uel in epate.

4. Vtrum in dextra parte cordis sit sanguis calidior quam in sinistra.

Quare sanguis non habet emunctorium.

80 Quare yctericia numquam fit ex sanguine.

Quare non fit minutio de arteria sicut de uena.

Quare quidam equi minuunt sibi sicut equi ungari maxime.

5. Vtrum epar generetur ex spermate uel ex sanguine menstruo.

Quare epar est semper rotundum et splen in animalibus ruminantibus est  
85 rotundum, in aliis autem oblongum.

Quare epar situatur in dextra parte.

Et quare fedus odor adtestatur epati plus quam alii membro.

Quare epar hominis magis assimilatur epati tauri. sicut dicit philosophus, quam alii animali.

Quare uena magna circumuoluitur in epate plus quam uena adorta. 90

**6. De pulmone et primo cuius complexionis sit.**

Vtrum pulmo sit membrum radicale.

Quare ulcus in pulmone uix aut numquam curatur.

Quare ex ulcere pulmonis sequitur ethica plus quam ex alio membro.

De controuersia inter philosophum qui dicit quod pulmo est terminus 95  
caloris, et medicum qui dicit quod cor est terminus caloris.

Vtrum motus pulmonis sit a corde.

Vtrum in omnibus animalibus habentibus arterias sit pulsus.

**/22rb/** Quare pulmo auium diuiditur per multas partes, in homine diuiditur solum  
per duas. 100

Quare pulmo in auibus est siccus, in generantibus est humidus.

Quare sanguis ueniens ex pulmone est multus et spumusus et sine dolore.

Quare fluxus sanguinis a pulmone est mortalis.

**Nota quod in XIV libro tanguntur LXXI problemata.**

---

102. ex pulmone *add.*

## LIBER XV

### I. Questio prima XV libri *De animalibus* Aristotelis.

1. Quare pellicula sub dyafragmate sit maior inter alias pelliculas.

Quare ista pellicula circa coxas et membra inferiora est fortior et grossior quam in medio.

5 Quare mouet intellectum per sui tactum.

Quare est maximi sensus et doloris.

Quare ex eius tactu sub asellis prouocatur risus.

Quare ex tactu in uolis manuum et plantis pedum sequitur risus.

Quare solus homo ridet.

10 Quare naturaliter in pueris est risus, in senibus tristitia.

Quare tactus in se ipso non prouocat risum, in alio sic.

Quare splen est causa risus.

Quare epar est causa amoris.

Quare cor est causa sapientie.

15 Quare fel est causa ire et tristie.

Quare pulmo est causa loquelo.

Quare ex actibus indecentibus prouocatur risus.

Quare unus risus prouocat alium risum.

Quare dyafragma omnibus aliis pelliculis est fortior.

20 **2.** De membris nutritiuis, quare aues et pisces non masticant.

Quare rumunancia habent quattuor uentres.

Quare in auibus est duplex stomachos, scilicet molla et papa.

Quare papa non est in piscibus.

Quare papa est in quibusdam animalibus et in quibusdam non.

25 Quare in piscibus est stomachos paruus et sensibilis.

Quare stomachos primus sicut papa, est tener et mollis, secundus durus.

Quare stomachos in auibus sit rotundus.

Quare in cane est stomachos paruus.

Quare magis ei assimilatur stomachos hominis.

Quare intestina in cane incipiunt ab arto in amplum, in homine et in aliis 30  
animalibus est e contrario.

Quare intestina hominis sunt solum sex.

Quare stercus non inuenitur in piscibus.

Quare pisces non egerunt.

Quare in piscibus inuenitur membrum plenum uentositate quid uocatur 35  
bastio.

Quare in quibusdam animalibus sunt stercora dura ut pilure in aliis sunt  
mollis substantie.

Quare in homine sunt egestionis citrine, in cane dure et albe, in bobus et  
uaccis uiride, in auibus nigre et in superficie albe, in capra nigre. 40

## **II. Questio secunda libri quinquedecimi.**

1. Cuius complexionis sit egestio.

2. Vtrum ex chilo nutriatur stomachos.

Quare colera plus quam alii humores separatur a sanguine.

Quare colera intenditur ad fundum stomachi, melancholia ad orificium. 45

Quare non fuit aliquis humor confortans retentiuam sicut appetitiuam et  
expulsiuam.

Quare receptaculum colere est paruus, melancholie magnum.

Quare colera situatur in epate, in cistifelle que est in epate, melancholia  
extra que est in splene. 50

Quare pisces non habent coleram in epate sicut alia animalia.

Quare epar piscium est magis saporis nutrimenti quam epar aliorum  
animalium.

3. Vtrum colera existens in felle possit causare egritudinem acutam.

55            Quare superfluitas impuritatis numquam facit febrem ut stercus et urina,  
superfluitas residuitatis quandoque facit febrem.

**Nota quod in quinquedecimo libro tanguntur XLV problemata.**

## LIBER XVI

### I. Questio prima libri sextidecimi *De animalibus* Aristotelis.

1. Vtrum distinctio sexus sit necessaria in generatione.

/22va/ Quare uirtus generatiua in plantis non potest operari nisi per sexum, sed in elementis sine sexu. 5

2. De quidditate sexus.

Vtrum uirtus generatiua sit actiua uel passiuua.

3. Vtrum diuersi sexus possint currere in id ipsum.

De controuersia philosophi ad se ipsum, quia hic dicit quod sexus plantarum est indistinctus, in fine *De plantis* dicit e contrario. 10

4. Vtrum femina in generatione intendatur a natura uel non.

Propter quid confusio est in sexu.

5. De proprietatibus naturalibus que habent distinguere sexum, et primo utrum caliditas et frigiditas sint principium distingendi sexum.

In quo sexu sit maior caliditas. 15

6. De magnitudine, utrum masculi debeant esse maiores feminis.

Quis est longioris uite masculus uel femina.

7. Quis infirmatur citius mulier uel homo, uel masculus uel femina.

8. Vtrum masculus sit fecundior femina.

Vtrum masculus sit melioris compositionis quam femina. 20

Propter quid nerui et iuncture sunt debiliores in feminis quam in masculis.

Quare femine sunt tardiores in curendo quam uiri.

9. Quis sexus est melior in uia nutrimenti an masculus uel femina.

Quare in porcis in omni etate eligitur masculus et respuitur femina, in auibus autem est e contrario. 25

Quare in prima etate gallus preualet galline, in secunda autem etate id est in iuuentute est e contrario.

Quare bos masculus est melior in regione calida.

Que partes sint meliores utrum inferiores uel superiores.



30           **10.** Quare uir potest effeminari, mulier autem non, quia aliquando sunt  
homines imberbes, sed femine que numquam sunt ad plenum barbate.

**11.** Quis est magis disciplinabilis homo uel mulier uel masculus uel femina.

Quare mulier plus desperat et minus confidit quam masculus.

Propter quid mulier magis inuidet quam masculus.

35           Propter quid mulier est compacientis nature.

Quare cito lacrimatur.

Quare mulier cito decipitur et est sexus fragilis.

Quare in regione distemperata sunt mulieres sapientes et discrete, et uiri  
stulti et furiosi, in regione temperata accidit e contrario.

40           Propter quid femina plus diligit natum quam pater.

Quare amor non reuertitur, id est, quod filii non tantum diligunt patres, sicut  
filios.

## **II. Questio secunda libri XVI**

**1.** Vtrum semen sit necessarium cuilibet animali et cui sit plus necessarium.

45           Quare omnis planta habet uirtutem generandi sibi simile et non omne  
animal.

**2.** Vtrum semen sit in omni sexu.

Vtrum mulieres nigre spermatizent plus aliis uel e contrario.

**3.** Vtrum semen uiri sit pars materialis ipsius concepti.

50           De controuersia inter philosophum qui dicit quod materia concepta uenit a  
sola femina, et medicum qui dicit quod uenit ab utroque.

## **III. Questio tertia libri XVI.**

**1.** Vtrum semen decidatur a toto corpore uel solum ab aliqua parte.

**2.** Vtrum semen fluat a membris officialibus uel consimilibus.

55           De controuersia inter theologos qui dicunt quod ex uirtute membrorum  
generatur fetus, et philosophum qui dicit contrarium.

**Nota quod in XVI libro tanguntur XLI problemata.**

## **LIBER XVII**

### **I. Questio prima libri XVII *De animalibus* Aristotelis.**

1. Vtrum substantia anime sit in spermate.
2. Vtrum anima sit in semine actu uel potencia.
3. Vtrum anima sit in semine tamquam motor et perfectio. 5
4. Vtrum sit aliqua uirtus in semine que reducat ibi animam de potencia in actum.
5. Vtrum ista uirtus egrediatur a corpore uel ab anima.
6. Vtrum uirtus assimilatiua decidatur ab ambobus parentibus.
7. Vtrum ista uirtus sit una in numero uel plures. 10

### **II. Questio secunda libri XVII**

1. Vtrum medium uite sit calor uel frigus.
2. Vtrum iste calor sit ignitus uel celestis.
- /22vb/ 3. Vtrum iste calor fluat ab anima.
4. Vtrum iste calor sit substantia uel accidens. 15

**Nota quod in XVII libro tanguntur XI problemata**

## LIBER XVIII

### I. Questio prima libri XVIII *De animalibus* Aristotelis

1. Vtrum spiritus sit necessarius ad uniendum animam cum corpore.

2. De quidditate spiritus et utrum sit substantia uel accidens.

5 3. Vtrum spiritus generetur a prima digestionem uel secunda uel tertia.

Vtrum spiritus generetur in quolibet membro.

4. Vtrum spiritus nutriatur.

5. Vtrum anima uegetatiua et sensitiua exeant in esse per generationem uel per creationem.

10 De controuersia inter philosophum qui uult quod sensitiua et uegetatiua educantur de potentia materie, et theologos qui dicunt aliter.

Vtrum eodem modo prouocatur intellectiua.

Vtrum anima uegetatiua uel sensitiua producantur ex nutrimento.

Vtrum anima que est forma corporis producat ex formis elementorum.

15 6. Vtrum anima intellectiua exeat in esse per generationem uel per creationem.

Vtrum anima intellectiua sit mortalis.

Vtrum anima intellectiua prius creetur quam infundatur.

Vtrum in uno corpore sit una anima uel tres.

20 7. Vtrum secundina generetur ante cor uel e contrario.

Vtrum secundina generetur ex menstruo uel semine.

8. Vtrum omnia membra corporis simul generentur.

Vtrum membra consimilia sint prius officialibus.

Quod membrum primo formetur.

25 9. Vtrum sterilitas sit res naturalis uel contra naturam.

Vtrum sterilitas possit esse a parte anime sicut est a parte corporis.

Quare uirtus naturalis est alligata materie et errat a parte materie tantum.

In quo sexu et in quibus animalibus plus reperiatur sterilitas.

Quare si colirium positum in oculo mulieris, sentiatur in ore eius sapor, est signum fecunditatis. 30

Vtrum mula possit concipere.

Vtrum ille defectus sit a parte anime uel corporis.

Vtrum sit compositio animarum sicut corporum.

Quare mulus assimilatur asino in moribus, equo in magnitudine.

Quare mula est maior mulo. 35

Quare mulus et mula sunt steriles.

Quare odorant stercora et non urinas.

Quare cachinant post odoratum.

Quare casus ab asino est deterior quam ab equo.

Quare equa cum asino feminat, equus cum asina masculinant. 40

Vtrum ista animalia participant speciem utriusque parentis.

Quare ista animalia habent genitalia.

## II. Questio secunda libri XVIII

1. Quare partes in ouo sunt distincte, in semine animalis non.

Quare albumen et uitellum a calore celesti liquifiunt, ab igneo e contrario. 45

Quid primo generetur utrum uitellum uel albumen.

De contrarietate inter philosophum qui dicit quod albumen est calidius, et medicus qui dicit contrarium.

2. Quare sunt plura oua in piscibus quam in aliis animalibus.

Vtrum magna animalia plus faciant de ouis quam parua. 50

Vtrum boreas multiplicet oua.

Quare pulli reducuntur de potentia in actum ab animali sibi simili et dissimili.

Quare hoc in generantibus non est nisi a femina, in ouantibus a quolibet sexu. 55

Quare reductio ista requirit calorem extra, in generantibus autem non.

Quid rumpit testam oui quando cubatur.

3. Vtrum oua uenti sint eque bona ad commedendum ut alia.

Quare in quibusdam uolatilibus masculus et femina ouant.

60

Quare ex ouo uenti generatur basiliscus.

Quare pars superior basilici assimilatur gallo, inferior serpenti.

Vnde est quod est animal uenenosum solo uisu.

Quare habitat semper in locis cauernosis et obscuris.

/23ra/ **Nota quod in XVIII libro tanguntur LIII problemata.**

## **LIBER XIX**

### **I. Questio prima libri XIX *De animalibus* Aristotelis.**

1. Vtrum uermis sit necessarius ad generationem alicuius animalis.

Quare agens uniuersale agit immediacius quam particulare.

2. Vtrum omne animal generetur per decisionem seminis. 5

Vtrum omnia animalia generetur ex quattuor elementis.

3. Quomodo ignis uenit ad aliquam misionem.

Vtrum ignis quando uenit ad aliquam generationem, descendat cum rore aut cum radio solis.

Quare graua elementa descendunt quando sunt cum materia propria, ignis 10 autem non.

Quare omnia elementa naturaliter descendunt preter ignem.

Quomodo ignis descendit cum rore, niue et pluuiis.

4. Vtrum putrefactio possit esse uia in generationem.

Vtrum idem possit esse principium generationis et corruptionis. 15

De controuersia inter philosophum qui uult quod omne putrefactum sit frigidum et siccum, et medicum qui uult quod siccum, calidum et humidum.

### **II. Questio secunda libri XIX.**

1. Vtrum animal possit generari in igne.

Quare ignis fermentat pastam, et confert ad generationem pulli cum 20 impediatur generationem animalium sicut uermium et putrefactorum.

Vtrum salamandra possit uiuere in igne.

2. Vtrum animal possit generari in aere.

3. In quo elemento generatur plura animalia.

Quare plura animalia sunt in aqua quam in terra. De plantis est e conuerso. 25

4. In quo elemento sunt animalia maiora.

5. Vtrum possit animal et precipue auis ex arbore generari.

**Nota quod in XIX libro tanguntur XIX problemata.**

**Nota quod super librum *De animalibus* Aristotelis tanguntur  
30 CCCCCC et LXXXVII problemata.**

## LIBER I

### <PROLOGUS>

/256ra/ Sicut dicit Ysaac in libro suo *De definitionibus* philosophia est cognitio sui ipsius ab homine, uel cognitio sui et se ipso. Homo enim componitur ex duplici natura, corporali, scilicet, et spirituali, et ideo cognoscendo naturam spiritualem cognoscit intelligentias et causam primam. Cognoscendo autem naturam corporalem cognoscit omne corpus siue sit simplex siue compositum, siue 5 ¶elementatum uel non elementatum¶. Et ideo homo dicitur minor mundus Nam sicut in maiori mundo non contingit reperire nisi istam duplicem naturam sic et in homine istam suo modo contingit reperire. Et hac ratione dicitur homo seruare ymaginem et exemplar sui creatoris. Quantum enim ad naturam spiritualem terminat que sunt spiritualia, quantum ad naturam corporalem terminat que sunt 10 corporalia ¶in primo¶. Cum ergo homo per istam uiam sit dignissima creaturarum, et omnia ad ipsum ordinatur, et ita propter hominem est necessitas philosophie, et propter eius indigenciam uel defectum. Sicut enim scribitur in *Prima Philosophia*, natura humana multipliciter ancillatur, et hoc non est nihil propter defectum in ipsa 15 repertum. Sed cum iste defectus sit ex parte anime aut ex parte corporis aut ex parte utriusque, ex parte autem corporis sunt multiplicia nocumenta sicut esuries, sitis, calor, frigus, et sic de aliis. Ad remouendum huiusmodi defectum sunt necessarie



artes mechanice ut pelliparia et sudoria et sic de aliis. Et dicuntur mechanice quasi  
adulterine eo quod omnis scientia est anime perfeccio et tales ad perfectionem  
20 corporis ordinantur, ideo adulterine dicuntur a natura scientie et istarum manifesta  
est, †dicit scientia sui† et ideo ad presens dimittere debemus. Sciendum tamen  
quod iste scientie magis habentur usu et exercicio †generare† quod sicut dicit  
philosophus fabricando fabri simus, citharizandum cithariste. Ex †parte autem  
anime sui† duplex delens. Ipsius enim anime duplex est †defectus† secundum  
25 quod dicit philosophus scilicet intellectus cui respondet uerum et affectus cui  
repondet bonum, quod est sui ipsius †difusionis† secundum quod accidi uidetur. Et  
istum duplicem defectum tangit philosophus, tamen dicit quod anima creata est  
imperfecta, perficit uirtutibus et scientiis. Virtutibus quomodo ad bonum et omnis  
scientiis quomodo ad uerum. Et dicit philosophus quod non differunt intellectus et  
30 affectus nisi sicut implicatum et explicatum. Intellectus enim dicitur prout est  
anima et affectus prout ad operationes aplicatur. Si igitur omne imperfectum  
desiderat perfici, ut dicit philosophus, oportet in istis defectibus remedium adhiberi.  
In bono autem perficitur per moralem philosophiam, uel ad minus cognoscit  
quomodo debeat perfici. In uero per naturalem et rationalem. Bonum autem istud  
35 consequitur ipsum hominem in comparisonem ad suum creatorem, aut per  
comparisonem ad creaturas. Si de bono primo modo quod animam sic perficit, sic  
de illo est scientia diuisiua siue theologia. Si secundo modo, aut illud est commune  
aut proprium, hoc est ad se ipsum regulandum. Si commune, aut per  
comparisonem ad suos pares, aut ad suos inferiores. Si primo modo, tunc est ius  
40 canonicum uel ciuile. Si secundo modo, sic est bonum a Tulio in rethoricis traditum  
in libro *De officiis*. Ibi enim dicit quomodo pater familias se habeat ad subditos et  
ad inferiores suos. Si autem sit bonum proprium, et sic est illa scientia que traditur  
ab Aristotele in *Ethicis*, prima appellatur politica. Secunda yconomica. Tertia  
monastica. In intellectu autem perficitur mediante philosophia. Ipsa diuiditur a  
45 philosopho in VII *Phisicorum* sic. Modus philosophie duplex est. Quidam  
essentialis. Quidam accidentalis. Modus autem philosophie accidentalis per signa

procedit. Signa autem sunt media deueniendi in scientiam. Iste autem modus scientie in termino terminatur, qui diuiditur in gramaticam, rethoricam et logicam, secundum quod potest alibi declarari. Si autem sit modus doctrine essentialis aut est de rebus separatis a natura secundum rem et modum, et sic est methaphisica, 50  
†aut est de rebus humanis† non secundum sensum sed secundum intellectum et distinctionem et sic sunt †discipline† que faciant quadriuium. Aut de rebus coniunctis secundum rem et modum, de quibus est scientia phisicorum, que proprie appellatur naturalis. Vbi autem ista materia terminatur †incipit medicina† secundum quod scribitur in libro *De sensu et sensato*. 55

†Scientia autem uniuersalis cum de ea sit proprie intentio diuiditur penes materiam sui subiecti† quod est corpus mobile. Mobile autem ad duo comparatur ad motorem aut ad id ad †quod mouet†. Si primo modo sic est scientia phisicorum, si secundo modo sic terminatur ad rem generabilem et corruptibilem. Aristotelis dicit aut est res simplex aut composita. Si primo modo sic est scientia de 60  
generatione et corruptione, si compositum aut animata aut inanimata. Si inanimata sic est scientia methaurum, si animata aut de ipsis que animata sunt in †quantum† huiusmodi aut de ipsis ratione passionum sibi actionum. Si primo modo animale corpus est †...† anima uegetatiua et sic est scientia de plantis aut anima animalis et sic est scientia de animalibus †... ..† determinatur sed uegetatiua et sensitua non 65  
determinat de illis in quantum anime sed in quantum sunt potentie anime, sed quare dicit Auerroes in commento super librum *De anima*, scientia sit de anima sensibili uel †autem eo† anima sensibili sic est scientia quam pro manibus habemus, que dicitur scientia de animalibus siue de †interiore† animalium, †scientia† sit de passionibus et accidentibus corpori animato aut huiusmodi, passiones sunt 70  
communes †ubi† proprie, si proprie, †aut† composita soli et non motiua ut memoriam et reminiscentiam, aut uestri et aut nostri est scientia de morte et uita, communi aut soli ut est scientia de disciplina pulsus †... et anime†. Si passiones sint communes uel est interior aut exterior. Si primo modo sic est sopnus et uigilia.

---

70. et add.

75 Sopnus natura sit ex uapore humido mulcebrī exsoluto principaliter ex secunda  
digestione de lato ad cerebrum. Si autem causa sit exterior sic est scientia de sensu  
et sensato. Et sic patet ¶diuisio ... .., his autem prelibatis materie partite¶ que sit  
causa materialis huius scientie. Alie cause ad ¶... determinantur¶, diuiditur pars  
¶secunda¶ in tres partes, in prologum, proemium et executionem. Prologus hic  
80 incipit: ¶n ... sic dicens...¶. Proemium ibi: quedam partes animalium. Executio ibi:  
et nos narrauimus et cetera. Et ¶...¶ prologus a proemio. Nam prologus autem est  
translationis proemium respectu auctoris intendentis /256rb/ manifestare in generali  
ea que in speciali determinanda sunt. Vnde ponitur proemium in scientiis ad  
¶re...iam et ...rantiam¶ negationis. Notandum tamen in principio de intentione  
85 generali istius scientie. Sunt circa decem et nouem libri in hac scientia.

In primo agit de phisonomia et anathomia in homine.

In secundo et tertio comparat membra brutorum habentium sanguinem ad  
hominem. In quarto comparat membra non habentium sanguinis ad membra  
hominis.

90 In quinto determinat de modo generationis animalium sanguinem  
habentium.

In sexto de modo generationis animalium carentium sanguinem. In septimo  
de uita in cibo et moribus in animalibus.

In octauo de astutia et cautela in animalibus.

95 In noueno de generatione hominis. In decimo de impedimentis ¶humane  
necce...¶.

In decimo primo agit de duplici processu in scientiis.

In decimo secundo reddit causam in membris mobilibus.

In decimo tertio reddit causam in membris duris, solidis et terminatis in  
100 gressibilibus.

In decimo quarto in non habentibus pedes. In decimo quinto et decimo sexto  
et decimo septimo de modo generationis et conceptus in fetu.

In decimo octauo et decimo nono de accidentibus conferentibus ipsum fetum et hoc dicitur quoniam in decimo octauo de accidentibus que conferuntur fetum in utero materno. 105

In decimo nono de contingentibus fetum extra uterum. Et hec est intentio †...† totius libri in generali.

1. Circa istam partem primo queritur utrum sit possibile esse scientiam de omnibus animalibus, et uidetur quod non, quoniam ut dicit philosophus, omnis scientia est de uniuersali, sed si esset de omni animali, esset scientia de particulari, quod cum sit impossibile relinquitur quod erit scientia de omnibus animalibus. 110

Ad idem dicit Galenus quod de omnibus corporibus sanis non est scientia, eo quod de infinitis non est ars, nec est etiam scientia, ergo a simili nec de omnibus animalibus poterit esse una scientia.

Iterum de infintis non est scientia, ergo cum animalia sint infinita, ergo et cetera. 115

Ad idem, sicut dicit philosophus in libro *Posteriorum*, ibi deficiente sensu deficit scientia, ergo cum multa sint animalia que sentire non possumus, nec habere cognitionem de illis sensibilem, ergo non est possibile ut sit scientia de naturis omnium animalium, et illud dicit inferius quod multa sunt animalia que audire nec uidere possumus. 120

Item dicit philosophus in libro *De memoria et reminiscentia* quod nihil sit in intellectu quod non prius fuerit in sensu, ergo cum multa sunt animalia in sensu non cadentia, ergo non fient in intellectu, ergo non erit de talibus scientia, quoniam illorum solum est scientia que cadit in intellectu. 125

Item cum potissima scientia debeat procedere causas assignando, ut patet per diffinitionem ipsius scientie in *Posterioribus*, ergo cum hic procedat modo narratiuo, ergo non erit scientia sed potius hystoria.

Contra dicit Boetius quod omnis ars et scientia de bono est et difficili et nobili, ergo cum cognoscere naturam animalium sit nobis nobilius quam plantarum 130

---

129. ad oppositum *mg.*

et difficilius, et de cognitione plante est scientia, ergo fortius de cognitione naturarum animalium.

Preterea ars proportionatur nature, ergo si natura non deficiat in necessariis, ergo nec ars uel scientia poterit. Sed quicquid est necessarium nature in  
135 producendo, est necessarium in intellectu in cognoscendo, ergo si aliquando inductio in naturam sit necessaria, uel productio, ergo et cogitio in arte est necessaria, ergo necessaria est cognitio naturarum omnium animalium. Solutio.

Ad hoc dicendum, sicut dicit Galenus, quod scientia cum est de re aliqua conuenit intellegi tribus modis.

140 Primus est impossibilis.

Secundus inconueniens.

Tercius est necessarius, quod enim sit scientia de omnibus particularibus, est impossibile, cum de infinitis non sit ars nec scientia. Quod de aliquo sic, de aliquo non, est inconueniens. Quod autem sit de omnibus particularibus abstractis  
145 in forma communi, est modus necessarius.

Dicimus ergo quod non est scientia de omnibus animalibus infinitis, sed de ipsis in quantum reducuntur in formam communem.

Ad illud ergo quod primo obicitur dicendum sine dubio quod omnis scientia est de uniuersali, sed quod supponitur in minori proportionem quod est de partibus,  
150 dicendum quod non est uerum ita de omnibus in forma communi. Notandum tamen quod de quibusdam animalibus determinat in speciali descendendo ad species specialissimas, sicut de illis que nota sunt sensui. Sed de illis animalibus que numquam apparuerit homini nisi †per accidentia determinat† in generali, et concedimus quod ista scientia est magis necessaria de plantis.

155 Ad aliud dicendum quod si particula per se accepta infinita sint, et hoc modo de illis non est scientia †...s†. Ipsa †...relata† ad formam communem sunt unita in forma communi, et sunt sensibilia, et de illis est scientia.

---

137. solutio *mg.*

Ad aliud dicendum quod quedam scientia habetur per sensum, quedam per effectum et accidentia. Si ergo ista ¶animalia ...ssugiunt¶.

¶...¶quomodo ad rem uel substantiam non tamen quam ¶ut ...¶ uel 160  
accidentia que maximam per rem ¶conficit ad ...um¶ quod quid est sicut dicit  
philosophus in libro *De anima*.

Ad aliud dicendum quod procedit ista ¶scientia modo sapientis et modo  
opus sapientis est non mentiri¶ de quibus nouit, et postea ¶materie ... manifestare et  
sicut facit et primo narrat ... de proprietatibus animalium et unde animam assignat 165  
ampl ..at ... et ...¶.

Aliorum circa naturas et propietes animalium, et sic procedit ¶modo scibili  
si hec scientia ...ret¶ et non assignaret ¶aliquantulum causas bene¶ obiceret, sed  
sic non facit ideo et cetera.

2. Secundo queritur utrum unus homo sufficiat ad traditionem doctrinae de 170  
omnibus animalibus cuiuslibet. ¶...unde dicit Galenus super illud uerbum Ypocratis  
uita breuis in principio uniuersorum¶ quod tota uita requiritur ad cognoscendum  
scientiam quantumcumque ¶hec laboret con.. et cognitus se ipsum non cognoscit  
nisi ...animal ... ad cognoscendum ... ergo cuiuslibet animalis scientia trad...t non  
poterit omnia bide... quod quedam animalia habitat in locis inhabitabilibus et 175  
ignotis respectu hominis aliqui propter minimam frigiditatem aut uiuit salamandra.  
Cum ergo unus homo solus ... ad inqu... omnia ... mundi neque ... scientiam de  
omnibus, ergo non uidetur quod¶ unus homo possit habere nocitiam omnium  
animalium, ergo ¶... naturas¶ determinat. ¶Et ...¶ est translator qui dicit quod  
Aristoteles solus composuit istum librum scilicet ad hoc dicendum quod scribit 180  
liber ¶... est duplex, aut inueniendo et hoc modo tamen ... omnis ad ...¶ aut  
tradendo, componendo et comparando, et sic concedo quod unus homo suficit ad  
¶constructionem/traditionem¶ istius scientie, et isto modo Aristoteles solus  
composuit librum istum.

---

159. sensus *expunctuatum*

185 /256ua/ 3. Postea queritur de subiecto istius scientie an homo sit subiectum uel animal. Nam dicit philosophus in quarto *Metheorum*, quod dictum est de partibus consimilibus et officialibus, dictum postea de plantis et de homine. Ergo cum in nulla alia scientia determinet de homine, uidetur quod hic determinet de homine, sed in scientia de plantis, planta est subiectum, ergo in hac homo erit subiectum.

190 Ad idem subiectum alicuius scientie potest esse multiplex: aut per resolutionem, aut id a quo fluunt omnia. Et hoc modo punctus est subiectum in geometria, unitas in arismetica, materia prima in omnibus mixtis, ab ea enim exeunt, et ad ipsam fluunt. Alio modo, id ad quod principaliter et finaliter omnia determinata in illa scientia ordinantur, et sic est felicitas subiectum in moralibus.  
195 Sed dicit inferius in VII et IX quod omnia que determinantur in hac scientia, determinat propter hominem. Ergo ad ipsum omnia que in ista scientia determinantur, ad hominem ordinantur. Et omne tale est subiectum in scientia, ergo homo est subiectum in hac scientia.

Contra, sicut dicit philosophus in libro *Posteriorum*, una est scientia que est  
200 unius generis subiecti partes et passiones considerans. Cum ergo non determinet in hac scientia solum partes et passiones hominis sed cuiuslibet animalis, non erit homo subiectum in hac scientia sed potius quodlibet animal.

Ad idem titulus debet componi ex efficiente et materiali causa, secundum quod dicit philosophus. Sed iste liber est animalium agrestium et marinorum, ut  
205 testatur translator. Ergo cum homo non sit omnia animalia agrestia et natantia sed solum pars agrestium, ergo non erit subiectum huius scientie.

Solutio. Duplex est finis scilicet operationis, et hic ad completionem terminatur, sicut patet in carpentatore faciente domum. Finis eius operationis domus ad complementum domus terminatur. Finis iterum est intentionis et hoc in  
210 fine terminatur scilicet, ut protegat homines. Dico ergo quod loquendo de fine operationis, homo non est subiectum in hac scientia, sed animal, secundum quod uisum est. Loquendo autem de fine intentionis, homo est subiectum, quia omnia

que hic determinantur, determinantur propter hominem et ad ipsum ordinantur. Hoc uiso obiecta soluuntur.

4. Queritur postea cum iste liber et liber *De plantis* habeant prologum, alii uero non. Vnde hoc sit. 215

Item propter quod iste prologus est catholicus, ille autem philosophicus. Vnde hoc.

Item queritur cum triplex sit perfectibile: planta, animal, homo, et sint tres perfectiones: uegetatiua, sensitua et intellectiua. Quare non habemus unam scientiam de triplici perfectibili, sicut de triplici perfectione, sicut est scientia de anima. 220

Post cum habeamus unum librum proprie dictum de plantis, alium de animalibus. Quare non habemus unum proprie dictum de homine, cum in cogitatione hominis sit cogitatio ultimata et philosophia. 225

Ad primum dicendum quod formarum quedam est que extenditur secundum extensionem materie, sicut in mixtis, et perficiunt materiam in toto et in parte. Alia est que non extenditur secundum extensionem materie. Illud est in qualibet parte tota. Talium quedam sunt ab intrinseco, quedam est ab extrinseco. Ab intrinseco, sicut anima uegetatiua et sensitua. Ab extrinseco, intellectiua. Solus enim intellectus, ut dicit in XVIII, ab extrinseco uenit, et per presentiam istius forme inest uita in toto et in partibus corporis. Quia igitur in plantis est uita occulta, et philosophia de occultis, et ratio est sue obscuritatis, habet prologum scientia de plantis. Et quia ratio philosophie dat sibi prologum, ideo ille prologus est philosophicus. 230 235

In hac autem scientia quia ad hominem ordinatur cuius cogitatio est philosophia ultimata, secundum quod dicit philosophus, debuit esse prologus, debuit etiam esse catholicus ratione illius ad quam ista scientia ordinatur, et ratione eius ad quem finis istius scientie ordinatur, ut ad hominis creatorem. Homo enim excellit quodlibet animal nobilitate intellectus et rationis. Notandum tamen quod in 240

---

235. Tria ut ait Empedocles et cetera *lituratum*



brutis est uirtus extimatiua loco intellectus, secundum quod dicit philosophus, per quam res apprehendit prout sunt sub istis proprietatibus, bonum, malum, eligibile, nocitum. Et per hanc uirtutem quod agna apprehendit lupum et fugit ipsum quasi nocitum sibi. Per hoc patet solutio ad duas primas rationes.

245 Ad idem dicendum quod perfectibile respicit materiam, materia autem non est per se cognoscens nisi per analogiam. Postea materia principium est confusionis et erroris, forma autem principium est discretionis et cognitionis. Forma ergo de se cognoscibilis fuit. Materia autem non nisi per formam et perfectiones, forme autem sunt, ideo de illis possibile est esse scientia. Perfectibilia sunt materialia, ideo de  
250 illis non potuit esse scientia.

Aliter potest dici quod unum perfectibile non potuit esse materiale respectu alterius, sicut uegetatiua respectu sensitiue et iste due respectu intellectiue. Et ideo de tribus perfectionibus potuit esse una scientia, non autem de tribus perfectibilibus.

255 Ad aliud dicendum quod non potuimus habere librum proprium de homine, quoniam de homine non potest esse nisi triplex scientia. Vel in quantum est uegetatiuum, uel in quantum est sensitiuum. Et quoniam in his conuenit cum plantis et brutis, iam non oportuit esse aliam scientiam quam de plantis. Si in quantum est scientia intellectus quid sit sufficit scientia de anima, ideo et cetera.  
260 Vel quantum ad conseruationem istius hominis. Ista autem operationem respicit. Finis autem ipsius philosophie est ueritas et non operatio, ideo de ipso quantum ad hoc non potuit esse philosophica scientia, sed si esset, a materia non differeret. Et sic patet solutio quesitorum circa partem istam.

## Questio prima

### *Quedam partes corporum animalium sunt similes et cetera.*

Circa partem istam contingit primo dubitare de necessitate organis membrorum.

Secundo utrum organizatio sit in plantis.

5

Tertio utrum organizatio sit medium in uita.

1. Circa primum sic arguitur. Dicit autem liber *Fontis uite*, quod omnis forma quanto inmaterialior et spiritualior, tanto plurium est operationum principium, ergo cum anima sit forma simplicior quam forma mixti uel elementi, erit principium operationum. Addet ergo aliquid super huiusmodi formam, hoc nisi 10 distinctionem in partibus. Que distinctio non est nisi organizatio, ergo necesse est esse organizationem in animalibus.

Ad idem dicit philosophus, omne agit, agit per suam formam, sed sicut forma est principium agendi, ita est principium /256ub/ distinguendi. Huiusmodi autem distinctio non est nisi organizatio. Ergo cum sit ponere actionem in 15 animalibus, et distinctionem est in ipsis ponere, que est organizatio.

Ad idem philosophus in libro *Celi et mundi* queritur istam questionem. Septem orbis inferiores mouentur contra orbem superiorem et habent plures motus, et quilibet habet unam stellam, sicut orbis lune, lunam, et sic de aliis, orbis autem animal superior habet unum motum et plures stellas et querit unum hoc. Et dicit, 20 quod ibi est stellarum diuisio a pluralitate membrorum, hoc autem est organizatio, ergo in omnibus animalibus est necessaria organizatio.

---

1. questio prima *mg.*  
13. de *expunctuatum*

Sed contra, si propter distinctionem operationum esset necessaria organizatio, tunc ubi essent plures operationes, esset necessaria magis organizatio.  
25 Sed in plantis sunt plures operationes quam in animalibus, sicut dicit philosophus in libro *De plantis*, ergo eis esset necessaria magis organizatio. Ergo si non sit in eis, ergo nec in animalibus erit necessaria organizatio.

Propterea si pluralitas operationum faceret ad necessitatem organizationis, ergo cum sol et luna complures exercent operationes in nobis, maxime indigent  
30 organizatione. Ergo cum non sit in illis, nec in animalibus propter istam causam.

Dicendum sicut dicit philosophus in secundo *De anima*, actus actionum id est: forme agentium sunt in patiente materia, que disposita est ad illam formam recipiendam. Materia enim cum sit principium transmutationis corporis, et formas contrarias appetit. Vnde cum est sub una forma, appetit esse sub alia. Indigit  
35 forma ipsa disponente et distinguente. Hoc nihil aliud est quam organizatio, ideo fuit in animalibus necessaria. Quod ergo obicitur, si pluralitas operationum et cetera. Dicendum quod, si plante plures habeant operationes, una tamen operatio omnibus aliis preponderat. Et propter hoc non oportet quod, si pluralitas operationis in animalibus operetur ad organizationem, quod propter hoc in plantis.

40 Ad aliud dicendum quod duplex est agens, uniuersale ut sol, dicit enim philosophus, quod homo generat hominem et sol, tale agens organizatione non indiget. Aliud est agens particulare quod indiget rectificatione et distinctione in suis operationibus, et tale agens indigit organizatione, tale agens fuit animal.

Vel aliter dicendum secundum Galenum in *Criticis diebus*. Dicit enim quod  
45 in quot respectus se habet corpus celeste ad mundana inferiora, tot effectus diuersos in ipsis operatur. Quia igitur corpora supracelestia mouentur continue diuersis motibus ad situm non indigent organizatione. Animal autem non sic fuit, ideo necessaria fuit ei.

---

26. e *expunctuatum*

39. hoc *add.*

2. Queritur postea utrum organizatio sit in plantis et uidetur quod sit. Dicit philosophus in secundo *De anima*, quod anima est actus corporis et cetera, et dicit 50 Aueroy, quod hoc scilicet communiter omni anime conuenit diffinitio. Super illam diffinitionem dicit hoc. Sed sicut priori ibi phisicum, ita organicum. Hoc autem non nisi contingeret reperire in omni uiuente, ergo cum plante uiuant, plante habent organum.

Ad idem omnis actio corporalis fit per medium corporale sicut dicit 55 philosophus in XVIII *De animalibus*.

Operatio autem incorporalis siue spiritualis per medium spirituale, tamen nullam partem determinat. Cum igitur iste operationes sint anime uegetatiue: nutrire, augmentare, generare, sicut operationes corporales fiunt per medium 60 corporale, hoc non est nisi per medium quod est organum. Ergo plante habent organum.

Ad idem dicit philosophus in libro *De motu cordis*, quod anime duplex est actus, primus et secundus. Primus fluit ab anima sine uirtute media, sicut uiuere, ita 65 dat enim toti, et partibus dat uitam solum per sui presentiam. Est autem actus secundus qui fluit ab anima mediante uirtute sicut loqui, uidere, generare. Huiusmodi actus secundi indigent organo. Cum igitur huiusmodi actus secundos contingat reperire in plantis, relinquitur quod in ipsis erit organum.

Contra, si aliqua passio reperitur in aliquibus pluribus, reperitur per aliquam naturam communem: si uniuoce uniuoca, si equiuoce equiuoca. Hoc dicit 70 philosophus in secundo *Posteriorum*. Ergo si contingat reperire organizationem in plantis, hec est per medium commune ipsis et animalibus. Sed non contingit medium reperire commune plantis et animalibus, ergo in plantis est inconueniens esse organizationem.

Propterea dicit Auicenna capitulo *De membris*, quod membrum organicum 75 est, cuius alia ratio est nominatio totius et partis. Cum ergo eadem sit ratio plante et

cuiuslibet partis plante, quelibet enim pars plante est planta, uidetur quod plante non habeant organum nec debeant habere.

Ad idem dicit philosophus in secundo *De anima*, quod anime uegetatiue tria  
80 sunt opera: nutrire, augmentare, generare. Cum igitur planta indifferenter nutriat in toto et parte, augmentet et generet, huiusmodi enim uirtutes indifferenter sunt in toto et partibus, uidetur quod plante non habeant organum.

Gratia huius queritur quare uirtus generatiua determinat sibi partem in animalibus. In plantis non est uirtus generatiua in testiculis.

85 Item queritur quare sit regeneratio in plantis, in summitatibus et non autem in aliis partibus.

Item queritur cum contingat fieri regeneratio in aliquibus partibus animalis, queritur non in hominibus.

Queritur etiam cum in quibusdam animalibus contingat sicut in serpentibus,  
90 et in animalibus annolosis, quod si absiderentur caude regenerarentur, cum sint in ipsis membra principalia, queritur utrum hoc.

Ad primum dicendum quod duplex est organizatio: quedam respectu totius, quedam respectu partis. Prima nihil aliud est quam dispositio in complexione, et est preparatio mixti ad susceptionem uite, et talis reperitur organizatio in omni uiuente.  
95 Et de tali loquitur philosophus cum dicit, quod anima est actus corporis organici, et hec organizatio similis est in consimilibus et officialibus.

Est autem organizatio respectu partis, et hec organizatio nihil aliud est quam distinctio in partibus super membra consimilia.

Ad hanc autem quattuor requiruntur. Primum diuersitas in animali totius et  
100 partis.

Secundum est diuersitas compositionis, oportet enim ut animal componatur ex diuersis partibus.

Tertium est deputatio ad aliquod opus speciale.

---

85. in summitatibus *mg.*

Quartum est quod principaliter operetur per illam partem scilicet per unam, ut oculus per pupillam. Istam autem organizationem non contingit reperiri in plantis. 105

Notandum tamen quod deputatio ad opus duplex est. Aut opus commune, et talis deputatio in plantis reperitur, ut radix ad nutriendum, summitas ad florendum et fructificandum. Hoc autem non facit organizationem.

Est autem alia deputatio ad opus proprium, ut oculus ad uidendum, auris ad /257ra/ audiendum, et talis deputatio facit organizationem. 110

Hoc uiso possumus respondere ad argumenta, quia cum dicit philosophus quod anima est actus et cetera, intendit de organizatione que fit respectu totius et non partis.

Ad aliud dicendum quod plante non habent organizationem, quia non habent opus proprium, sed opus commune, quod non facit ad organizationem. 115

Ad aliud dicendum quod actus secundus duplex est spiritualis et communis. Primus actus non est in plantis, et isti respondet organizatio, secundus cui non respondet organum.

Ad aliud quod postea querebatur dicendum quod unumquodque, quanto est nobilius, tanto pluribus dispositionibus indiget, quia igitur animal dignius est quam planta, uirtus generatiua que consistit in spermate indiguit in animali ulteriori dignitate. Non autem poterat ulterius nisi sibi determinaret organum suam partem, ideo necesse fuit in animalibus uirtutem generatiuam determinare sibi partem. Que pars fuerint testiculi. Notandum tamen quod in plantis est duplex generatio, quedam est respectu speciei, et hec est in plantis in qualibet parte et in toto, et similiter in animalibus. Et per hanc uirtutem generatiuam sibi insitam appetit unumquodque saluare in suo simili. Secundum quod dicit philosophus in secundo *De anima*, quod data est uirtus generatiua ut quod non poterat saluare in se, saluetur in suo simili. Est alia uirtus generatiua per comparisonem ad finem, et ita cum planta hoc modo ordinetur ad hominem, hoc modo quibusdam plantis insita 120 125 130

est uirtus generatiua sumitati arborum, quoniam illa pars deputata est ad florendum et fructificandum.

Ad aliud dicimus quod regenerationis partium fuit causa uniformitas in  
135 plantis in toto et in partibus disformitas, cum causam oppositam uel effectum in homine oppositum operatur.

Ad aliud dicendum quod in homine duplex est caro: una secundum speciem, alia secundum materiam. Et ista secunda fluit et refluit in qualibet etate, et hec ex nutimento generatur. Est autem alia caro secundum speciem que ex spermate  
140 generatur. Istius autem carnis aut fit abscisio in toto aut in partibus. Si in toto, impossibile est regenerari, sicut patet in nasi abscisione, aut pomo maxillari. Si in parte fiat, solutio continentis semper ibi erit cicatrix. Si in carne secundum materiam, ut est pinguedo et cetera, que fluit et refluit, si absciditur, possibilis est regeneratio.

145 Ad aliud dicendum quod habundantia humidi uiscosi in huiusmodi animalibus est causa regenerationis in suis partibus, uelut in pueris uidetur. In ipsis pueris habundat humidum spermaticum uiscosum, si fiat in eis deperditio in dentibus, fit resturatio. In aliis etatibus non.

**3.** Queritur postea utrum organizatio sit medium in uita, et uidetur quod sit  
150 per diffinitionem ipsius anime, quia, ut uisum est, anima est actus organici corporis, ergo et cetera.

Contrarium dicit Auicenna, dicens quod medium in uita est distantia a contrarietate.

Ad idem dicit philosophus in libro *De morte et uita*, quod calidum et  
155 humidum sunt medium in uita.

Ad hoc dicimus breuiter quod loquendo de organizatione in animali que fit respectu totius, quod organizatio est medium in uita, et hoc modo loquitur philosophus in secundo *De anima*.

Alio modo loquendo non.

Notandum tamen ad soluendum contrarietates philosophorum, quod 160  
distantia a contrarietate est medium in comparatione uel compositione partium,  
oportet enim quod elementa confingantur et ad equalitatem reducantur. Calidum  
uero et humidum sunt medium in uita, in unione partium et earum conseruatione  
inesse. Secundum quod dicitur, quod uita stat per calidum et humidum organizatio  
est medium in comparatione, non quacumque sed sicut uisum est. 165



**Questio secunda**

***Et etiam modi animalium diuersantur secundum regimen et cursum, et cetera.***

Circa partem istam tria dubitatur.

5 Primum est de diuerso regimine in animalibus a parte motus et quietis.

Secundum est de comparatione in animalibus a parte transmutationis, tam in forma quam in situ.

Tertium est de diuerso regimine a parte operationum.

Circa primum queruntur tria.

10 Et primo utrum motus localis plus debeat esse in animali quam in plantis.

Secundo dato quod fit, utrum uisit motus localis omni animali.

Tertio dato quod non fit, utrum carentia motus plus debeat esse in animalibus agrestibus quam aquosis.

1. Circa primum sic arguitur: sicut scribitur in sexto *Phisicorum*, omnis  
15 motus est propter indigentiam in se uel in alio, in se sicut in his inferioribus, in altero ut in orbibus superioribus. Ergo quod minus indiget minus mouetur. Sed inter onmia uiuentia homo minus indiget. Cum ipse sit maior completio, secundo animal, tertio planta, ergo minus debet esse motus homini, secundo bruto, tertio plante.

20 Ad idem quemadmodum circuli ad centrum comparantur, sic creature ad creatorem. Et sicut circulorum quidam sunt compositiores aliis, sicut illi qui magis distant a centro, sic in animalibus est quod immediatius reducet uestigium creatoris,

---

1. questio secunda *mg.*

12. fit *add.*

ergo est compositio magis illud animal in quo magis reducet proprietates sui creatoris. Huiusmodi autem proprietas fuit carentia motus, ergo uidetur quod homo non moueatur. 25

Ad oppositum est medicus et philosophus in lectione presenti et potest fieri ratio talis. Dicit philosophus in secundo *De plantis*, et arguit sic: plantis non inest motus, quia habent nutrimentum coniunctum. Quod ergo non habuit nutrimentum coniunctum, necessario habuit motum, hoc autem sunt homo et brutum, ergo et cetera, quia nutrimentum acquirunt cum labore et pena. 30

2. Secundo queritur utrum motus insit omni animali, et arguitur sic: coniunctio nutrimenti fuit causa carentie motus, per oppositum distantia nutrimenti fuit causa motus. Sed nullum animal habet nutrimentum coniunctum, ergo nullum animal caret motu.

Ad idem sicut dicit Auicenna id: motus sequitur sensum, prius enim sentitur aliquid et postea mouetur ad apprehendendum, sicut patet in pomo. Pomum enim prius sentitur mediante olfatu et postea fit motus ad ipsum mediante gustu. Sensus igitur inest propter motum. Ergo cum non sit animal propter sensum ergo non erit propter motum. 35

Ad idem Galenus in libro *Interiorum*, a quo remouetur motus remouetur sensus, ergo posito sensu ponitur motus, sed non est animal propter sensum, ergo neque erit propter motum. 40

Ad oppositum est philosophus in littera, qui dicit quod sunt animalia affixa ad petram et sunt immobilia.

Ad idem dicit Ysaac quod gustus et olfatus operantur ad nutrimentum, sed gustus ad nutrimentum proximum, olfatus ad remotum. Cum ergo per odoratum ordinetur animal ad cibum remotum, et multa sunt animalia que non habent odoratum, ergo non habebunt motum cum motus sit propter nutrimentum remote apprehensum, quia multa sunt talia. Hoc dicit inferius. 45

---

23. est compositio *add.*

50 Ad primum dicendum quod in /257rb/ causis et causis est motus et quies  
secundum diuersas rationes, quies enim in causis est nobilior, cum motus sit talis  
idem ex opposito et causa huius est, quia omnis motus a quo in quid per medium et  
mobile quod feretur ab hoc in hoc, non quia erat ibi per presentiam uel secundum  
potentiam et uirtutem. Primum igitur cum sit summe potens, simplicissimum in  
55 fine simplicitatis et ubique per sui presentiam secundum potentiam et uirtutem. Et  
anima in corpore, est enim anima in mundo minori, sicut primum in mundo maiori,  
quod enim caret motu. Hoc est propter sui nobilitatem. Sed huiusmodi inferiora  
terminata sunt, quod cum sint hic non sunt ibi, et cum hic operentur non operantur  
ibi. Et propter hoc in eis est motus, et in istis inferioribus est motus nobilis cum  
60 deo. Eiusdem priuatio nihil cum deo, quia igitur homo nobilior est quolibet uiuente,  
animal secundo, ultimo plante. Ideo homo maxime motu indiget, animal minus,  
planta minime. Notandum tamen quod motus potuit in aliquo priuari dupliciter, aut  
quia est hic et ubique sicut primum, quod non mouetur neque per se neque per  
accidens. Aut priuatur forma motus in ipso. Secundum quod dicimus quod in  
65 unoquoque impositus est tres, et ideo magnitudinis et augmenti, secundum quod  
dicit philosophus in secundo *De anima*, et huiusmodi priuationem motus possibile  
est ponere in quolibet. Vnde in planta impositus est tres ultra quem non contingit  
moueri motu augmenti et in quolibet.

Hoc uiso respondendum est ad obiecta. Et quod obicitur quod homo minus  
70 indiget, dicendum quod duplex est indigentia: quedam respectu completionis, et sic  
minus indiget, sicut obiciebatur, quia magis completus est quam aliquod brutum, et  
respectu talis indigentie non inest ei motus. Quedam est respectu sue  
conseruationis, et hoc modo pluribus indiget, et respectu talis indigentie est motus  
in animalibus.

75 Ad aliud dicendum quod si homo immediacius comparetur ad ipsum  
primum quam aliquo aliter aliud uiuens. Non tamen oportet quod ipse participet cum  
ipso in istis conditionibus motus et quietis eo, quod ex opposito sunt in causis et  
causis, sicut uisum est.

Ad secundam questionem respondeo secundum philosophum in libro *De anima* dicitur quod duplex est motus localis, quidam qui sit secundum dilatationem 80 et constrictionem, sicut mouetur corpus. Iste autem motus semper est ubique, est anima sensitua, requiritur enim ad euentationem caloris innati per attractionem et expulsionem eris, et isto motu mouetur omne animal, et talis motus respondet gustui et tactui. Motus enim dilatationis respondet gustui, motus constrictionis tactui. Et alius est motus processiuus, et iste est de loco ad locum, et proprie 85 appellatur localis, et iste motus priuatur in multis animalibus, sicut uult hic philosophus. Et hoc est propter coniunctum nutrimentum per se uel per accidens, secundum quod uidebitur inferius. Hoc uiso possumus respondere ad obiecta.

Ad primum sic, quod quedam animalia habent nutrimentum cum labore et pena, sicut homo et multa alia animalia, et talia indigent motu processiuo. Alia sunt 90 animalia que habent nutrimentum per uirtutem continentis, quantum continens mobile, ideo secum defert eis nutrimentum, et ita si non habeant nutrimentum coniunctum per se, habent tamen per accidens, scilicet per uirtutem continentis. Et ideo non indigent motu processiuo. De talibus intelligit hic philosophus.

Ad aliud dicimus quando dicit Auicenna quod motus sequitur sensum. 95 Intelligitur de motu, qui fit secundum dilatationem et constrictionem, uel de motu communiter prout se habet ad hunc et ad illum.

Ad aliud dicendum quod intelligit Galenus in homine, quoniam intentio medicinalis est circa hominem. Vel aliter quod intelligit de motu constrictionis et dilatationis. Nullum enim animal excusatur a tactu et gustu, sicut neque sensu. 100

3. Tertio queritur utrum hec immobilitas debeat esse plus in aquosis, an in agrestibus animalibus, et uidetur quod in agrestibus. Nam, sicut dicit philosophus, quanto res nobilior est, tanto plus habet de comparatione, ergo animalia aquosa nobiliora sunt quam agrestia. Et hoc patet quia a nobiliori continentur et substantantur quia ab aqua que nobilior est quam terra, ergo plures erunt 105 operationes in aquosis quam in agrestibus, ergo minus principio motus.

---

80. dicitur *add.*; 85. est *add.*

Ad idem, hec affixio inest animali propter coniunctionem nutrimenti, uel per se, uel per accidens. Ergo cum in terra possibilis sit magis hec unio quam in aqua, ergo magis est possibilis hec immobilitas in agrestibus quam in aquosis.

110 Minor patet quia plante in terra habent nutrimentum coniunctum.

Item dicit Philaretus in libro *De pulsibus* quod continens inmutat contentum ad suam crism. Cum ergo elementum aque sit mobilius quam terre, ergo magis inerit motus in animalibus aquosis quam in agrestibus, ergo idem quod prius.

Ad oppositum est philosophus, qui dicit hic quod quedam aquosa affixa  
115 sunt rupibus.

Ad hoc dicendum quod huiusmodi immobilitatio plus est in animalibus aquosis quam agrestibus. Causa huius est quia per mobilitatem aque continens nutrimentum, quod erat distans ab illis, fit, uel uictuum distans. Sic autem non potuit esse in terra eo, quod stat immobilis et fixa. Alia causa est, quia uita stat per  
120 calidum et humidum: aqua est frigida et humida, terra frigida et sicca, et ita natura ipsius terre magis est contraria uite quam aqua. Aqua enim etsi ratione frigiditatis sit uite contraria, ratione tamen humiditatis non terra uero utroque modo. Et ideo animal magis potest substinere affixionem in elemento aque quam in elemento terre.

125 Ad illud ergo quod obicitur dicimus quod eorum que generantur, quedam generantur ex partibus grossioribus ipsius aque, et hec etiam retinent dominium terre cui fuit stare immobiliter. Quedam generantur ex partibus subtilioribus aque, et hec retinent dominium aque. Dico ergo quod huiusmodi animalia generantur ex partibus grossioribus ipsius et hec retinent dominium terre, et ideo habent magis  
130 priuationem motus quam gressibilia animalia.

Ad aliud dicendum quod quantum esset de participatione essentie et nature, magis debent affigi terre, quia tamen oportet quod habeant nutrimentum per se uel per accidens, hoc autem non potest esse in terra propter sui fixationem. Ideo potius fuit affixio in animalibus aquosis.

Ad aliud dicendum quod licet ab aqua contineantur, quia tamen generantur 135  
ex partibus terrestribus, plus debent retinere naturam terre quam aque. Quod ergo  
dicitur quod continens inmutat contentum ad suam crism. Hoc intelligendum est  
quantum ad complexionem et non quantum ad compositionem. Et bene concedimus  
quod illa animalia sunt frigida et humida per naturam continentis.

4. Circa secundum principale queritur quare quedam animalia aquosa fiunt 140  
agrestia, et non reuertitur.

Secundo queritur quare quedam attrahunt aera, quedam aquam, et hoc in  
aquosis, sicut uult philosophus. Tertio queritur, utrum ista transmutatio sit  
possibilis. Nam si principia rationis fundantur in /257ua/ principiis nature, secundum  
quod dicit Auerois super primum *De anima*, et impossibile sit natura, uel eius 145  
principium transmutari, impossibile est, ut uidetur, huiusmodi transmutationem  
feri.

Ad oppositum est philosophus hic, dicens quod fit transmutatio in genere,  
sicut ex aquoso in terrestre, et etiam sicut ex ape generatur uermis et e contrario fit.

Deinde queritur quare uolatile est ambulabile, et non reuertitur. 150

Ad primum dicendum quod quicquid substinet aqua, substinet terra, et non  
reuertitur. Et dicit philosophus in quarto *Methaurorum* quod in omni mixto est aqua  
et terra a dominio, et dominantur grauia leuibus. Omne enim mixtum  
quantumcumque sit leue, substinetur cum labore et pena, sicut patet de auibus in  
aere et de piscibus in aqua. Quia igitur habitatio est in elemento, ratione que potuit 155  
mixtum in illo substinet, et quicquid substinet aqua, substinet terra, ideo potest fieri  
animal aquosum terrestre, et non reuertitur.

Ad aliud dicendum quod quidam pisces attrahunt aerem et aquam sed  
differenter. Nam attrahunt aerem usque ad cor, et hoc pisces maxime calidi. Alii  
autem, sicut frigidi maxime, attrahunt aerem non usque ad cor, quia tam cito 160  
morerentur, sed attrahunt aquam per bannas. Vnde notandum, quod sicut est de  
aere in hominibus, quod habent conuenientiam cum aere quem attrahunt, sine huius

aere non possunt uiuere, sic est de aqua in piscibus. Si enim sunt per longum tempus extra ipsam, uiuere non possunt, sicut neque homo sine aere.

165 Ad aliud dicendum quod duplex est transmutatio: essentialis, et hec impossibilis secundum quod ostendit ratio. Alia est accidentalis, et hec possibilis est, quod autem aquosum fuit terrestre. Non est transmutatio nisi secundum proprietates.

Ad aliud dicendum quod quicquid potest uirtus inferior, potest superior, et  
170 non reuertitur, quia igitur uirtus uolandi nobilior est quam uirtus ambulandi, quicquid potest uolare, potest ambulare, et non reuertitur. Alia causa potest esse magis realis secundum philosophum. Cum in omni mixto sint quedam grauia et leuia quedam, et grauia dominantur leuibus dominio materiali, sed non dominio formali, sicut patet in pipere. Sicut dicit Ysaac, quod dominium materiale sequitur  
175 gressibile. In leuibus autem et si dominantur grauia dominio materiali, dominio formali non dominantur leuia. Quia igitur in omni mixto dominantur grauia leuibus dominio formali, licet in quibusdam formaliter dominium leuium est. Si dominium materiale sequitur gressibile, dominium formale uolatile, ideo uolatile fit gressibile, et non reuertitur.

180 **5.** Circa tertium queritur sic. Primo propter quod quedam animalia mouentur de die et quedam de nocte.

Secundo queritur quare omne uolatile bone ale est mali pedis.

Tertio queritur quare quedam animalia uolunt esse in turba, et quedam solitaria.

185 Quarto propter quod omne animal uociferat in tempore coitus, praeter hominem.

Quinto queritur quare omne animal est audax et furiosum in tempore coitus.

Sexto propter quod animal in tempore coitus non potest quiescere, immo ualde mouetur de loco ad locum.

---

167. transm- *expunctuatum*

187. sunt et non potest quiescere immo ualde mouetur de loco ad locum *expunctuatum*

Septimo queritur quare homo ante coitum est audax, post coitum est 190  
timidus.

Octauo queritur quare uoces quorundam animalium sunt dulces et  
delectantes, quorundam autem sunt rudix et molestantes.

Noueno quare sonus auium maxime delectat homines.

Decimo quare aues uiuentes de rapina, sicut auceps non ita uociferant, 195  
neque dulciter cantant sicut alie aues.

Vndecimo queritur cum animal diuidatur per brutum et hominem, quare  
homo manet in specie specialissima, brutum autem diuiditur in multas species.

Duodecimo queritur quare homo potius diuidatur per complexionem quam  
aliud animal. 200

Ad primum dicendum quod quedam animalia mouentur de nocte, et potest  
esse causa multiplex. Vna astucia et cautela eorum eo quod rapere intendunt, ideo  
de nocte magis, quia possunt ponere insidias, nam de die cauerent, sicut patet in  
multis piscibus, et in lupo respectu cerui, ceruus enim de die bene caueret de lupo,  
quia uelocior est lupo. 205

Alia causa potest esse, quia animalia que rapiunt quod homini est  
necessarium, sicut lupi oues, quia ergo omne animal timet hominem ut dicit  
philosophus. Et tempus noctis deputatum est homini ad quiescendum. Hoc  
prescientes ex tali industria naturali mouentur ad rapiendum de nocte.

Alia causa potest esse ex parte uisus, aut enim mouentur quia eorum 210  
obiectum mouetur de nocte, sicut patet in murilegis, aut quia est radiositas  
oculorum que illuminat medium scilicet aerem. Ita, sicut mediante candela possunt  
conduci mediante radiositate suorum oculorum, sicut patet in oculis murilegi et  
lupi, ualde enim sunt splendidi.

Alia causa potest esse debilitas radiorum. Vnde dicit Auicenna quod quidam 215  
homines uident de nocte, quidam de die, quidam de longe, quidam de prope. In  
aliquibus autem species sunt mundi, clari et debiles, et ideo non indigent medio

---

206. ne *expunctuatum*, quia *expunctuatum*



subtilitate huius species, et ita exigunt proprie obiectum. In aliquibus autem sunt species grossi, turbidi et obscuri, et fortes, et tales exigunt aerem medium  
220 subtiliantem huius species. Et tales exigunt obiectum de longe. In aliquibus sunt ita clari et debiles quod non possunt uidere. Immo si diei exponerentur non uiderent, sicut bubo, eo, quod album uisum disgregat et huius species nigrum congregat, et fortior est uirtus unita se ipsa diuisa, ideo talia animalia possunt uidere de nocte.

Ad aliud dicimus quod sicut dicit Auicenna, una uirtus quanto magis  
225 intendit uni operationi, tanto magis remittitur respectu alterius. Et ideo dicit quod qui bonus est in studio non est bonus in foro. Et per hanc uiam dicit Auicenna quod sapientes generant stultos. Et hoc est quia cum omnes anime et uirtutes radicentur in una radice, quanto magis intendit uni, tanto minus alteri. Cum igitur uirtus motiua sit diuisa in alas et pedes, intensa in alis, minor erit in pedibus, et e contrario.

230 Ad aliud dicendum quod aliquando aggregantur in animali ex signo fortitudinis uirtutis regitiue uniuersalis. Et per hanc uiam dicit, taurus fodit terram pede quando fugatur, debet descendere. Et hoc modo dicit philosophus quod aggregatio auium signum est guerre, eius oppositum pacis. Alia causa est communitas in opere eorum, et hoc modo apes simul uadunt eo, quod una per se  
235 non possunt nidificare, quia non possunt ministrare necessaria que faciunt plures. Alia causa est tutela et preseruatio ab hoste, ut in columbis, simul enim uadunt ut melius se defendant /257vb/ ab animalibus rapacibus, oues similiter. Vnde quantumcumque ouis sibi bonum inueniat cibarium, si una se moueat statim alia sequitur. Alia causa est conuenientia in eodem cibo sicut uacce et grues, et proprie  
240 autem animalia uiuentia de rapina solitaria sunt eo, quod nolunt impediri propter societatem.

Ad aliud dicendum quod principium cantus uel uociferationis aut est uoluntarium aut naturale. Solus homo loquitur et canit uoluntarie eo, quod regitur ratione, potest igitur canere quando uult, aut est naturalis. Aut ergo animal erit in

---

229. intensio -io- *expunctuatum*

232. fugatur et *expunctuatum*, fugatur *mg.*

statu naturali, aut in innaturali. Et hoc secundo modo, dicitur quod cignus canit ante 245  
mortem suam, aut in statu naturali. Et iste cantus prouenit ex bonitate complexionis  
uel ex letitia sequitur bonitatem complexionis. Et hoc modo dicit Auicenna quod  
pueri maxime rudent et iuuenes. Vel uenit ex puritate sanguinis et paruietate. Et sic  
cum uirtus generatiua operetur supra reliquias uirtutis nutritiue secundum quod  
dicit philosophus, tunc enim sunt in corpore humores puri, quando uirtus generatiua 250  
naturaliter incitat ad coitum, ideo cum puritas eorum sit cantus, ideo in tempore  
coitus canunt animalia. In homine autem quia maxime delectatur, quia tanta est  
delectatio quod uocem abhorreret.

Ad aliud dicimus quod audacia et confidentia de se ipso, quia igitur tunc  
omne animal de se ipso confidit eo quod sciat se ipsum completum et perfectum, 255  
quia tunc unumquodque perfectum est cum potest producere sibi simile. Ideo in  
tempore coitus animalia sunt audacia, et sunt furiosa, ratione cuiusdam titillationis,  
quam facit materia in corpore, redens ad locum generationis.

Ad aliud dicendum quod ista inquietudo est in animalibus propter huius  
superfluitatem que intra stimulat, et ideo uirtus exterior mouetur secundum motum 260  
uirtutis interioris.

Ad aliud dicendum quod homo est audax ante coitum propter confidentia de  
se ipso, et propter multitudinem spirituum et caloris naturalis. Cum fiat deperditio  
post coitum, magis est timidus post coitum.

Ad aliud dicendum quod bonitas ipsius cantus sequitur habilem 265  
dispositionem ipsius lingue cum longitudine tamen heec arterie, et structuram, quia  
igitur quedam aues habent paruas linguas ad reflexionem, ideo et cetera. Notandum  
quod quedam aues sunt bene temperate, et quedam magis sicce et cetera, sicut aues  
uiuantes de rapina, et quia siccum corrugat ideo in istis et multis aliis est uox rudix  
et dura. Si sint magis temperate, aut etiam colli proportio est, aut non. Si sit, tunc 270  
sunt habiles ad cantandum, sicut patet in philomena. Si non, sicut in anseribus et  
gruibus sicut sunt inhabiles propter sui nimiam improportionem longitudinis colli.

---

263. ad aliud quorum *expunctuatum*

Sed si queratur de asino quare habet ita uocem.

Dicendum quod asinus et eius femina sunt animalia melancholica ualde  
275 dure complexionis. Melancholia autem abstringit, quoniam mouet circumferentia  
ad centrum, sicut dicit Galenus, et ita corrugat. Iterum, quia magnum animal est,  
habet magnum collum, ideo, scilicet, eorum asini et asine uoces habent esse dure et  
rudes.

Ad aliud dicendum quod solum aues dulciter cantantes delectant homines,  
280 quia dulciter cantant, et dulcedo in cantu est causa illius delectationis.

Ad aliud iam patet solutio. Nam aues uiuentes de rapina a siccitate habent  
tracheam arteriam corrugatam, ideo non possunt dulciter canere.

Ad aliud dicendum quod unica debuit esse hominis species eo, quod status  
est in unitate. Et ideo, cum homo sit finis in omni creatura, omnia enim propter  
285 hominem, ut dicit philosophus. Et status siue finis sit in uno, ideo in unitate cessit  
species humana.

Ad aliud dicendum quod non distinguitur per complexionem, quia ubi est  
uerius temperamentum, uerius cognoscitur lapsus. Cum homo magis habeat  
temperantiam quam aliquod animal, ideo lapsus in eo fuit magis perceptibilis.  
290 Huius autem cognoscitur per complexionem, ideo homo magis habuit distingui per  
complexionem quam aliquod aliud animal.

Vel aliter dicendum quod complexio humana quanto plus recedit a materia,  
tanto magis distinguitur et cognoscitur, ut scribitur in quarto *Methaurorum*. Ideo  
homo magis potuit distingui per complexiones quam aliquod aliud animal. Et sic  
295 patet solutio quesitorum.

**6.** Queritur postea quare rex eligatur in uolatilibus, ut in gruibus, non autem  
in aliis brutis.

Tertio quare quedam animalia habent cibum sibi determinatum sicut aues  
uiuentes de rapina quoniam non comedunt nisi carne, quedam autem non.

---

296. rex *mg.*

297. Secundo queritur quare solum in gruibus *lituratum*

Quarto queritur cum homo sit dignissima creaturarum, quare non habet cibum sibi determinatum. 300

Quinto queritur propter quid animalia quedam terrestria uenantur in aqua, sicut coruus in aqua, et non e contrario, non aquosa in terra.

Sexto queritur propter quid multa animalia abscondunt se in yeme in cauernis terre, ut propie serpentes et lacerta. 305

Septimo queritur quare castratura meliorat brutum, et reddit bene moriginatum, sicut patet in bobus et porco. E contrario est in homine, reddit enim hominem male moriginatum, est enim semper detractor et auidus secundum quod dicit Auicenna.

Octauo queritur quare castratura quosdam impinguat, sicut patet in gallo castrato, quosdam autem macerat. 310

Noueno, autem queritur propter quid canis et elephas maxime sunt disciplinabilia quam cetera bruta.

Decimo queritur utrum sit ponere hominem siluestrem et domesticum, et uidetur quod non, quia dicit in littera quod est animal semper domesticum homo, non ergo siluestre. 315

Oppositum dicit, quia dicit quod in omni specie est reperire siluestre et domesticum, et exemplificat, ut homo. Vnde uidetur sibi contradicere.

Ad primum dicendum quod, sicut uult Auicenna in libro suo *De anima*, uirtus estimatiua est suprema in animalibus, sicut intellectus in hominibus. Et cum sedes uirtutis animalis sit in cerebro, secundum melioritatem ipsius cerebri redditur uirtus estimatiua melior, cerebrum autem de sua naturali complexione frigidum est et humidum. In quibusdam animalibus manet sub natura propria et omnino est parue operationis, et redditur male moriginatum, ut patet in porco. In quibusdam melioratur per naturam complexionis et magis efficitur siccum, quia igitur cerebro meliori melior datur operatio. Hec autem est sibi ducem eligere, ideo contingit 320 325

---

303. terram *M*

305. et *M* ; ut *add.*

istud in animalibus illis in quibus cerebrum est siccum aliquantulum et calidum, sicut in auibus, sicut grues, ideo et cetera.

Alia causa potest assignari a parte finis, regimen requiritur in animalibus aut  
330 contra corrumpens intra aut extra corrumpens. Extra sicut calor et frigus, et sic de  
aliis et sic de isto defenditur animal per domos et per uestes. Corrumpens intra fuit  
defectus nutrimenti. Contra huius defectum regitur animal, aut medio communi,  
communi sicut per comestionem herbarum et foliorum, et hoc modo uacce et oues  
eligunt sibi ducem. Aut fuit medium proprium, sicut mellificare, et hoc modo apes  
335 eligunt sibi ducem. Non enim sufficeret una apis ad mellificandum. Item grues  
preudent calorem /258ra/ estatis et frigus yemis. Ideo in principio yemis exeunt a  
regione frigida et uadunt in calidam. In principio estatis e contra, quia ergo eunt et  
redeunt per diuersas regiones siue partes. Et omne animal magis confidit de suo  
simili quam de alieno, ideo eligunt sibi unam ex ipsis ut omnes ducat. Et hoc est  
340 quod dicitur de illa que pluries iuit et rediit ductorem faciunt et regem eo, quod illa  
scit melius regere de alia que non iuit.

Ad aliud dicendum quod in quibusdam animalibus est uirtus fortis, sicut in  
uolatilibus et in animalibus rapacibus. Et oportet esse proportionem agentis ad  
patiens, ideo oportet ut talia animalia habeant nutrimentum grossum et indigestum  
345 qui digeratur a forti calore. Huius autem est caro cruda, ideo talia animalia sunt ad  
cibum determinata. In quibusdam est talis debilis, sicut in apibus, et propter  
defectum sanguinis, et propter hoc indigent nutrimento bene digestibili, et bene  
nutribili. Hoc autem est dulce, sicut dicit Aristoteles in libro *De sensu et sensato*,  
et ideo, quod amiserunt a parte sue compositionis, acquiritur per naturam, hoc est  
350 per rorem celestem et per artificium, scilicet mellificando, quidam quod tibi  
determinant, cane autem sic est quod comedit diuersa nec sibi cibum determinat,  
eo quod habet stomachum similem stomacho hominis sicut dicit philosophus, et  
ideo sicut homo non determinat sibi cibum, sic neque canis.

---

334. medium *add.*

351. in omne *expunctuatum*; cane *mg.*

Ad aliud dicendum quod non determinat sibi cibum, et una causa est quia homo superhabundat omnibus animalibus intellectu. Cum igitur intellectus sit capax omnium, ideo homo est capax omnium. Intellectus non potest saciari in cognoscendo, sic nec in gustando, sequitur enim fieri hoc scit multum, illud ferre uult, sic hoc gustato, illud uult gustare. 355

Alia causa potest esse, philosophus querit inferius istam questionem, quare cum dedit deus unicuique armaturam animali, ut lupo dentes, ceruo pedes fixos, ueloces, quare non apropiavit aliquam armaturam homini qua posset se defendere. Philosophus soluit sic: quod cum omnia sint propter hominem, non debet coartari ad hunc habitum uel ad illum, quia qua ratione unum haberet, eadem haberet alium. Et sic omnes a simmili de armatura, et propter hoc potest se defendere, uel cum baculo, uel cum ense, et cum dico ergo quod cum in uia nutrimenti, uel medicine omnia sint propter hominem, ideo sibi non debuit apropiare cibum. Sed fuit indifferenter omnis cibus homini, quod omnia ordinentur ad hominem. Patet quia canis ordinatur ad plaudendum, lupo ad ludendum, multa animalia et multe aues, sicut sunt rapaces, ad uenandum, mus ad capiendum, multa ad cibandum ut galline, porci, et cetera. Alia ad reducendum statum hominis imperfectum ad perfectum, sicut patet in morbo, ideo homo non debuit sibi determinare cibum aliquem. 360 365 370

Ad aliud dicendum quod multitudo uenabilium potuit esse causa quare agrestia uenantur in aquis, et non e contrario. Plura enim sunt animalia in aqua quam in terra.

Alia causa potest esse dispositio elementi. Aqua enim est elementum cadens, terra autem non. Ideo animal quod potuit uenari in terra, potuit in aqua, et non e contrario, quod aqua non fuit potens defendere animal quod est in ipsa, terra autem potuit, sicut animalia que sunt in ipsis foueis. Alia causa quia uolatile apropiat sibi aerem, agreste terram, et ideo cum aer esset supra terram et aquam, potuit illud uolatile uenari in aqua et terra, sicut patet in coruo piscatore. Sed quia 375 380

---

358. sic *expunctuatum*

365. et *expunctuatum*

376. aqua *expunctuatum*

terra non supra aquam sed potius aqua super terram, ideo non potuit aquosum uenari in terra, sed potius e contrario.

Ad aliud soluendum, et secundum Galenum quod talibus animalibus inest minimum de sanguine, et ideo minimum de calore. Et ideo calor in yeme  
385 absconditur propter nimiam frigiditatem eris, et ideo uidentur quasi mortua, et in talibus est actus primus siue secundus, sicut dicit Auerois in secundo *De anima* in commento. Alia causa est dispositio compositionis scilicet unitas porcorum, huius animalia, serpentes et lacerta, sunt animalia ualde rara, sicut dicit Galenus. Ideo frigus proiectat ad interiora et obtundit huius calorem, quo ad hoc quod si  
390 pungantur non sentiunt.

Ad aliud quod castratura meliorat quedam animalia, hominem autem non. Vna causa est, quia homo inter alia animalia est ualde sanguineus, habet enim plus de semine et de sanguine et calore. Et ideo semper homo magis calidus et humidus est. Et per hoc stat uita et operatur uirtus generatiua. Quanto igitur plus est de  
395 materia habili ad generationem, tanto magis est temperatus, et quanto melius temperatur tanto melior est in moribus. Quia igitur per presentiam testiculorum plus multiplicatur huius materia, et per hoc temperantia in compositione et moribus. Ergo per priuationem eorum inerit distemperantia et mala morigeratio. Et ita homines castrati sunt inmorigerati, sic non est in aliis animalibus, quia non est  
400 in illis sic, quia parum habent de caliditate respectu uiri, et parum de superfluo residuo, et multum de impuro. Calor autem naturalis qui debet operari ad generationem per purgationem testiculorum, purgat huius superfluitates, et ita reddit animalia temperata, et ex contenti bene morigerata, sicut patet in boue, et in porco, et ariete castratis. Alia causa: natura quedam ordinat in generationem, quedam in nutrimentum et conseruationem. Illa autem, que ordinantur ad  
405 generationem, deterioris sunt nutrimenti quam illa que ordinantur ad nutrimentum et conseruationem, sicut patet de ouo. Albumen enim oui ordinatur ad generationem, uitellum ad nutrimentum, et est boni nutrimenti, et similiter de lacte

---

383. est *expunctuatum*

et spermate, nullum enim comedit sperma, tamen lac bene comedit. Cum igitur homo proprie ordinetur ad generationem, pessimi nutrimenti est, et quanto plus 410  
habet de materia generatiua, tanto melius se habet in comedendo. Hoc autem est cum testiculis, et ideo est bene temperatus homo cum testiculis, et bene morigeratus. Ergo priuatio testiculorum inducet contrariam dispositionem in ipso, et hoc est quod dicitur quod homo per subtractionem testiculorum sit quasi muliebris complexionis, et sicut mulieres prone sunt ad malum, et male morigerate, 415  
sic et huius homines. Sic autem non fuit in aliis animalibus que finaliter fuerunt ordinata ad nutritionem ipsi homini, quanto igitur natura in ipsis plus intendit ad generationem, tanto plus sunt deterioris nutrimenti. Quia igitur proprie et finaliter ordinantur ad nutrimentum, ideo deficientibus in ipsis testiculis, melius morigera et temperata sunt huius animalia. 420

Quod autem queritur postea dicendum quod in quibusdam animalibus est calor fortis et acutus, sicut in gallo, et ideo consumit materiam que transire debet in pinguedinem, quia pinguedo fit a frigido. Vnde mulieres pinguiore quam uiri sunt, per priuationem igitur testiculorum in ipsis retardatur huius calor et augetur frigiditas et sic pinguedo augetur. E contrario est de tauro, uerre et ariete, quia in 425  
istis non est calor ita fortis, ideo per calidum /258rb/ et humidum spermatici fortificatur, sicut cor et epar replent corpus per uiam generationis, si testiculi per uiam reflexionis et reuerbationis. Presencia quoque testiculorum calorem auget et pinguedinem minuit, et eorum absentia facit oppositum.

Ad aliud dicendum quod canis et elephas in omni animali, excepto ceruo, 430  
sunt maxime melancholica, et habent cerebrum ualde siccum. Vnde dicitur quod canes ualde bene sentiunt, sed non bene dormiunt. Dispositio cerebri sicca ualde bona est, et ideo sequitur ipsa bonitas operationum. Hoc autem est esse disciplinabile, ideo et cetera. De cane autem proprie causa finalis est ut aplaudat et ordinatur ad tutelam in absentia domini et in presencia, sed hoc non posset esse nisi 435  
esset disciplinabile. Et notandum quod quanto canis est magis disciplinabilis in

---

419. tp- *expunctuatum*



statu naturali, tanto est magis indisciplinabilis in statu innaturali. De elephante autem est ratio specialis. Nam cum sit animal melancholicum, non ordinabatur ad hominem in uia nutrimenti, oportuit igitur ut haberet aliqua opera per que homini  
440 satisfaceret. Hoc autem fuit homini obedire per naturam, et esset disciplinabile, ideo homini seruit in castra portando arbores, euellendo, si sibi precipiatur.

Ad aliud dicendum quod homo uno modo nominat uirtutem speciei, et componitur ex corpore et intellectu, et hoc modo semper est domesticus. Alio modo potuit accipi secundum proprietates, et hoc modo potest fieri siluestris, sicut  
445 patet in furiosis et in puero, et si in nemore nutriatur ab animalibus siluestribus erit homo secundum ueritatem speciei. Et hoc patet: de facili est reducibilis ad statum, secundum quod dicitur de ymagine hominis quod est pulchra uel pulcher homo. Aliquando homo nominat effigiem hominis et non naturam, secundum quod dicimus quod simia est similis homini. Aliquando etiam magis proprie sicut in  
450 centauro et in quibusdam pluribus marinis. Proprie igitur loquendo, homo semper est domesticus, et sic prius philosophus, loquendo tamen secundum proprietates, potest fieri siluestris, et sic loquitur post, ideo non contradicit sibi.

---

443. compo *expunctuatum*

### **Questio tertia**

#### ***Et omnia animalia habent duo membra, et cetera.***

1. Circa partem istam primo queritur utrum membra naturalia sint nobiliora membris animalibus et uidetur quod sic, quia nobilius est illud quod est de esse rei quam illud quod est de bene esse. Sed membra naturalia sunt de esse, sicut cor et epar, animalia sunt de bene esse, sicut cerebrum et sui nerui, ergo nobiliora sunt membra naturalia membris animalibus. 5

Ad idem queritur tardius separatur a membro plus est de esse quam illo quod cicius separatur. Sed sic se habent uirtutes naturales respectu animalium, ergo he illis erunt digniores. 10

Ad oppositum est alibi philosophus, quod inter omnia membra uitalia nobiliora sunt, demum animalia, tertio naturalia, quarto generalia uel generatiua.

Et dicendum enim quod in quibusdam animalibus cerebrum est propter esse et propter bene esse, in quibusdam propter esse. In homine enim est propter esse et propter bene esse. In cerebro enim est principium sensus et motus, et cogitatio mediante hoc operatur. Cum igitur, in quantum homini sit maxime necessarium, ideo cerebrum homini necessarium est. Et hoc modo loquitur alibi in speciali. In aliis uero animalibus non sic est, multa enim animalia capita non habentia, et indigent membris naturalibus propter esse. Et hoc modo loquendo in generali: membra naturalia necessaria sunt omnibus animalibus. Et hoc modo generaliter loquendo: membra naturalia magis sunt nobiliora membris animalibus. 15 20

2. Queritur postea quare egestio hominis est maxime fetida.

---

1. questio tertia *mg.*

9. animales *expunctuatum*; 16. in quantum homo *M*

Item queritur quare omne animal uolatile caret urina, cum bibant aues.

Item queritur quare omne animal mingens est egerens, et non reuertitur.

25 Quarto queritur propter quid aues rapaces minime potant.

Quinto queritur propter quid omne animal carens sanguine habet pedes.

Sexto queritur propter quid homo et aues habent duos pedes.

Septimo queritur quare pisces in quantum pisces pedes non habent.

30 Octauo queritur propter quid homo tardius incedit ceteris animalibus  
incessu pedum.

Noueno queritur propter quid incedit erectus, alia animalia incedunt prona.

Ad primum dicendum quod dicit Ysaac quod in animali pessimi nutrimenti,  
quanto eligit sibi cibum grossiorem, tanto eius superfluitas melior, et per oppositum  
quanto eligit sibi meliorem, tanto eius superfluitas melior, uel deterior et  
35 inmundior. Primum patet in uacca, mali enim nutrimenti est, tamen eius lac quod  
est eius superfluitas, est optimum, quia igitur haec inter omnia animalia peioris est  
nutrimenti. Non posset enim aliquis uiuere carnibus humanis, inter omnia animalia  
eligit sibi nobilissimum nutrimentum, ideo eius superfluitas debet esse inmundior  
et fetidior. Alia causa esse potest. Ad fetorem incendum duo requiruntur: calor  
40 fortis, sicut patet de †petronio† fimo in estate. Item causa melancholica addita  
fortitudini caloris et cornua que oriuntur ex nutrimento melancholico. Si per se  
ponantur, non fetent, tamen si igni addantur, fetent, quia igitur homo maxime eligit  
quod est sanguineum, id est calidum et humidum huius additum melancholico.  
Quod si per se ponatur, non fetet, quod est ergo oppositum, ut frigidum, et scilicet  
45 maxime fetorem debet in ipso apponere. Huius autem superfluitates generantur ex  
nutrimento melancholico, et ideo calor sibi forte adueniens maximum inducit in  
ipsa fetorem.

Ad aliud dicendum quod egestio est principaliter superfluitas cibi, et urina  
potus. Cibum requiritur ut deperditum restauretur, potus ut cibum deferat per  
50 membra. Ergo per hanc uiam ordinatur ad cibum, et non reuertitur. Et ideo omne  
animal quod recipit potum, recipit cibum. Sed in animalibus communiter est magis

necessarius cibus quam potus, et ex opposito superfluitates et egestionem magis debent expelli cibi quam potus. Et ita, si eicitur superfluitas potus, que eicitur, et extra cum urina alia superfluitas que est egestio, et ideo si mingit, egerit, et non reuertitur. 55

Preterea potus ordinatur ad alterandum calorem naturalem in corpore, sed cibus ad restaurandum deperditum, et ita cibus est magis necessarius quam potus. Et ita si expellit superfluitatem potus, expellit superfluitatem cibi.

Ad aliud dicendum quod uolatilia loquendo in †particula† generali, ualde sunt calida et sicca, et quia simile appetit suum simile, et cibus sit siccior quam 60 potus quantumcumque sit humidius, ideo magis appetunt cibum quam potum, sed tamen plus et minus. Nam quedam sunt habentia suum nutrimentum cum quo est humidum, sicut carnes crude in uiuentibus de rapina est patens, et ista minime potant. Quedam comedunt grana et radices et herbas in quibus minor est humiditas, et ideo magis potant, quia tamen parum potuit, sicut dictum est. Ideo natura non 65 accipit nisi quod sibi fuit necessarium ad refrenandum et alterandum calorem innatum, ideo non fuit ibi superfluitas que urina uocatur.

Ex iam dictis patet solutio ad questionem que postea fiebat de animalibus rapacibus quare minime potant.

Ad aliud quod pedes, ut dicit /258ua/ philosophus, sunt fulcimentum et 70 substentamentum animalis, et ideo animalia non compacta et mollia requirunt maxime fulcimentum, et ideo quia calor est fulcire et confirmare, frigus, remollire. Quia carebant sanguine a quo est calor in corpore animalis, erant frigida et ita mollia, et ideo maxime indigent fulcimento ut quod amiserant in complexione, recuperent in compositione. Et ideo pedes habuerunt. 75

Ad aliud dicendum quod omne animal habet, quattuor fulcimenta, ut patet in ipsis brutis. Homo igitur et auis duos pedes, et loco duorum pedum duas manus, loco duorum anteriorum. Auis duos pedes, et loco duorum pedum duas alas.

Vel alia causa: homo et auis medium sue uite est terra uel in terra medium in aere, ut patet ex inspiratione et respiratione. Quia igitur pedes sunt ad 80

ambulandum, et ambulatio fit in terra, ideo necesse fuit huius animalia pedes habere. Et quod possunt acquirere in aere. Hoc autem fuit ala in auibus et manus in hominibus, ideo et cetera.

Ad aliud dicendum quod, sicut dicit philosophus, natura nihil facit frustra, 85 nec defuit in necessariis. Et aqua est elementum mobile, nec potens ambulationem substinere, ideo non fuit necesse pisces in quantum huius habere pedes.

Si autem opponatur de cancro et cetera, dicendum, quod fuit non in quantum piscis, sed magis in quantum participat naturam terre quam aque.

Ad aliud dicendum, ut dicit philosophus in fine sexti, mulieres grauitur 90 ambulant eo, quod sunt ualde frigide, et humidum, ut dicit Galenus, uirtutes remollit, remollitio autem in neruis est causa grauis ambulationis. Dicit enim Galenus quod nerui quanto sunt sicciore tanto sunt meliores, nisi ad tantam siccitatem ducantur quod rumpantur.

Dicit etiam Galenus quod creati sumus in ultimo limositatis et humiditatis, 95 quia igitur humiditas secundum quod potens est, remollit neruos. Que quidem remollitio est causa grauis ambulationis, ideo homo grauius ambulat quam aliquod aliud animal.

Ad aliud dicendum quod inter omnia animalia plus habet de sanguine, et ita plus de calore, et quia, calidum est membrum erigere, quia calidum mouet a centro 100 ad circumferentias, ideo homo erectus procedit. Alia causa est: dicit Haly quod cerebrum est sedes anime intellectiue, cuius signum est, lesio in cerebro habet peccatum in intellectu. Quia igitur anima ordinatur ad contemplandum suum creatorem, debuit cerebrum, quod est sedes anime, erigi et superius eleuari, ideo et cetera. Alia causa est: dicit inferius quod in homine magis differet unus sexus ab 105 alio quam in aliis animalibus. Et hoc est quia magis est uirtus distincta et segregata in homine. Cum igitur in homine sit triplex uirtus: animalis, uitalis et naturalis, secundum quod potentiores et digniores debuerunt ordinari, quia igitur animalis dignior est, post uitalis, ultimo naturalis. Cerebrum primo debuit ordinari superius, cor in medio et epar inferius, ideo et cetera.

### **Questio quarta**

*Et nos narrabimus inferius onme genus et cetera.*

Circa partem istam tria contingit dubitare.

Primum est de phisonomia in generali.

Secundo specialiter in organis sensuum.

5

Tertium est de comparatione membrorum secundum inferius et superius, dextrum et sinistrum, ante et retro.

Circa primum queritur et primo utrum phisonomia sit possibilis.

Segundo dato quod sit cuius membri sit plus.

Tertio dato, quod faciei utrum magis respectu partis anterioris aut posterioris.

10

Quarto propter quid magis circa faciem et oculos quam circa alias partes corporis.

1. Circa primum arguitur sic: dicit philosophus in primo *De anima* quod intellectus nullius partis corporis est actus, ergo eius opera per se nullam partem sibi determinant. Sed mores causantur ex opere intellectus, ergo mores non possunt cognosci per aspectum alicuius partis, ergo phisonomia non est possibilis per aspectum in aliqua parte.

15

Ad idem dicit philosophus in *Thopicis* quod sequitur: est castus naturaliter, ergo est castus, quia castus naturaliter est castus secundum quid. Ergo cum phisonomia non sit respectu uirtutis naturalis ullis morum naturalium, phisonomia

20

---

1. questio quarta *mg.*  
12. qua *M*; 19. non *M*

non erit nisi secundum quid. Sed quod secundum quid inest, nihil est in scientia, ergo simpliciter non erit possibilis phisonomia per aspectum.

Ad idem, si aspectus est uniformis in habentibus eandem speciem, ergo si  
25 mores secuntur unitatem aspectus, ergo omnis habebunt easdem mores in specie.  
Sed hoc est falsum. Nam alii sunt libidinosi, alii continentis, ergo per aspectum  
non est phisonomia possibilis.

Ad idem dicit philosophus in *Ethicis* quod natura non assuescit in  
contrarium, ut patet. Nam si lapis millesies feratur sursum, semper tendit deorsum,  
30 sed mores sunt ad contrarium, ergo mores non secuntur uestigium nature, ergo per  
naturam non poterunt sibi determinare aliquam partem corporis, sed huius mores in  
hominibus nihil aliud sunt quam phisonomia.

In contrarium est hic philosophus et alibi et Rasis et Galenus et omnes  
auctores qui locuntur de phisonomia.

Ad hoc etiam potest adduci ratio talis. Dicit Haly quod mores secuntur  
35 complexionem corporis, et hoc uult Galenus in secundo *De complexionibus*, quod  
complexio magis temperata temperatiores habet operationes et morales et naturales.  
Sed secundum aliam complexionem alius est aspectus in facie unius et alius in alio,  
ideo alii et alii mores. Ergo secundum diuersitatem aspectus deuenimus in  
40 cogitionem morum, et hoc nihil aliud est quam phisonomia, ergo et cetera.

Ad primum dicendum quod phisonomia nihil aliud est quam naturalium  
sensuum notitia per membra exteriora, et maxime per sensitiua et motiua, sensitiua  
in facie, motiua in manibus et pedibus. Et dicitur phisonomia, a phisis quod est  
natura, et nomen nominis, quasi nominatio sue nature in operibus, unde different  
45 anathomia et phisonomia. Nam anothomia est distinctio membrorum in se, phisica  
est distinctio membrorum per comparisonem ad mores naturales, et iterum  
anathomia est circa interiora et exteriora. Phisica uero circa exteriora uel sensus  
tantum. Cui autem membrum plus attestetur, uidebitur inferius.

---

38. unius, in alio *mg.*

41-45. †...est †phisonomia. Differentia est inter phisonomiam et anathomiam *mg. alia manu*

Ad obiectum dicendum quod actuum quidam sunt primi et quidam secundi  
generaliter. Nulla anima quantum ad actum primum nullum sibi determinat locum. 50  
Sed anima uegetatiua plus determinat sibi locum sicut patet in plantis, minus uero  
ut uisiua in oculo. Sed inter actus secundarios anime intellectiue, quidam sunt  
prios sicut actus /258ub/ apprehensiui, ut intelligere, ratiocinari. Posteriores, ut  
motiui, unde sensus precedit motum quantum ad istos actus secundarios nullam  
partem sibi determinant in essendo, sed in operando possunt nisi in cerebrum, ut 55  
dicit Auicenna, et de intellectu hic loquitur philosophus, cum dicit quod nullius  
partis corporis est actus. Alii sunt motiui posteriores, scilicet quando intellectus  
mouetur ad finestabile† uel ad delectabile, et in istis actibus communicat anima  
cum omnibus animalibus, unde sicut accidentia anime manifestantur in animalibus,  
sic eodem modo actus quantum ad uirtutes motiuas. Hec autem sunt opera moralia, 60  
et quantum ad istos actus anima intellectiua potest sibi partem determinare, sicut  
enim intellectus speculatiuus est principium in cognoscendo, sicut practicus est  
principium in operando.

Ad aliud dicendum quod duplex est inherentia. Vna habilis ut pasca est  
pulchrum tempus. Alia est actualis ut homo currit. Dico ergo quod phisonomia non 65  
inferet habitudinem actualem uel inherentiam actualem sed habitudinalem. Vnde  
sequitur si est castus quod sit castus habitudinaliter et non actualiter. Esse autem  
castum habitudinaliter aliud est, et obiciebatur ac si nichil esset.

Ad aliud dicendum quod duplex est similitudo, essentialis et in genere  
substantie. Hec autem est in omnibus que sunt eiusdem speciei, et hec non 70  
ordinatur ad mores, quia non indicatur in complexione. Alia est in figura, uel  
aspectu, et hec uariatur secundum uarietatem indiuidui, quod ut dicit Porphirius et a  
capitulo *De complexionibus* constat ex quattuor proprietatibus, quas impossibile est  
in aliquo alio reperiri, et secundum hanc similitudinem uariatur aspectus, et e  
contrario, et diuersificantur mores, et communiter phisonomia, cum nihil aliud sit 75  
quam aspectus ad mores.



Ad aliud dicendum quod in moribus, ita considerantur, potentia, inclinatio ad alteram partem et actus operandi uel operatio quantum ad potentiam, mores sunt naturales. Vnde dicit philosophus quod innata est nobis uia et cetera. Inclinatio  
80 secundum quod nominat habitum, sequitur complexionem corporis, et hec inclinatio facit nos inclinare secundum naturam et complexionem ad contraria, magis ad unam partem quam ad aliam. Actus et operatio secuntur liberum arbitrium, ut si tibi secundum naturalem inclinationem inclinemur ad unum quod mihi faciamus uel non faciamus, hoc est a libero arbitrio. Vnde uno modo sunt  
85 mores ad contrarium, alio autem modo non.

2. Secundo queritur, cuius membri sit possibilis ipsa phisonomia, et uidetur quod plus atestetur cordis. Nam sicut dicit Haly, mores naturales et acta anime secuntur complexionem cordis, ergo cognitio istorum erit respectu ipsius cordis, et hoc nichil aliud est quam phisonomia, ergo et cetera.

90 Ad idem, si ipsi mores secuntur complexionem cordis debent sequi illa membra que disponunt corpus secundum exigentiam sue complexionis. Hec autem sunt cor et epar ergo ex dispositionibus istorum maxime relucescent mores naturales ipsius corporis.

Contra omne speciale contrahit generale, sed in operationibus animalis  
95 principium est cor et epar, proximum autem uirtutis animalis cerebrum et partes eius. Ergo signa proxima morum uirtutis erunt in operationibus a cerebro procedentibus.

Ad idem sedes anime intellectiue est in cerebro, et ab ipso refunditur per totum corpus, et loquitur mediante quoniam mediante sensitua uirtute. Ergo cum  
100 mores sequuntur radice uirtutis animalis et substantia uirtutem sensituiam, huius autem principium est in cerebro, ergo in illis membris que manifestant naturam et dispositionem cerebri, ergo in illis apparebunt mores.

---

87. cordi *M*

100. substantiam *M*

Tertio dato, queritur in capite magis accipiatur phisonomia, in qua parte que plus, utrum magis a parte neruorum motiuorum aut sensibilibium, et hoc est utrum ante uel a parte post, et uidetur quod a parte post. Nam mores naturales sunt a parte uirtutis motiue, sed uirtus motiua operatur per partem posteriorem. Et hoc patet quod omnes nerui motiui, preter motiuos faciei et cutis, capitis oriuntur uel a nucha uel a parte posteriori capitis, ergo et uirtus motiua, cum ergo ad dispositionem membrorum motiuorum debeat eligi phisonomia, ergo a parte posteriori capitis. 105

Ad oppositum est philosophus, qui dicit quod a facie incipiendum. Vnde a facie incipite que est pars anterior capitis. 110

Solutio: ante moribus et accidentibus anime duo considerantur: uirtus que mouetur, ut in ira et timore et gaudio, et medium per quod mouetur et cum quo. Loquendo igitur de medio cum quo et per quod mouetur, mores et phisonomia et accidentia anime consequentur complexionem cordis. Cum hoc modo complexio erumpat a cordis, secundum enim intensionem caloris cordis diuersatur complexio. Et sic locuntur de moribus Galenus et Haly similiter. Et ista significatio non est in significando, sed solum in operando, secundum quod cicius uel tardius mouetur et operatur. Sed loquendo de uirtute que mouetur, que radicitur in cerebro tamquam in radice proxima et immediata, hoc modo caput magis atestatur cerebro, quam aliquod aliud membrum, hoc modo phisonomia repondet capiti. Illa uero semper manet. Ista autem que est ex parte cordis est accidentalalis respectu istius. 115 120

Ad aliud quod querebatur postea dicendum quod uirtus motiua quantum ad sui ortum plus est a parte posteriori quam anteriori, sed quantum ad compositionem e contrario est. Nam pars anterior magis est passibilis et facilius recipit impressionem, et ideo signum magis debet accipi a parte anteriori, scilicet a facie, quam a posteriori. Alia causa est philosophi in littera, quia licet pars posterior sit fortior, quam anterior, illa tamen uacua est. Ista autem plena. In uacuo autem non fit impressio sicut in pleno. Potentia magis uicinatur cerebro anterior quam posterior, ideo et cetera. 125 130

Sed queritur ulterius utrum magis atestetur faciei, uel etiam magis oculo. Nam dicit hic philosophus quod sic.

Ad hoc dicendum quod sic, et causa dicta est quia maxime uicinatur cerebro et eidem maxime attestatur.

135 Post dicit philosophus quod ante est in quo omnes sensus situati sunt, hoc autem est in facie, et ideo Ypocrates, cum ad inferimum ueneris primo faciem eius pernotabis.

Propterea signa huius maxime attestantur oculo, oculus autem eiusdem est complexionis cum cerebro, et ideo cerebro maxime attestatur. Item ad oculum  
140 magis species et humores quam ad aliquod aliud organum, et sic patet solutio.

Sed queritur postea quare facies maxime patitur nocumentum ab interiori, minime a nocumento exteriori. Vnde non posset tantus calor neque tantum frigus ab alio membro, sicut facies substinet.

Ad hoc dicendum quod in facie duo considerantur, passibilis compositio, et  
145 secundum conseruatio nature, et sollicitudo regiminis et conseruationis. Dico ergo quando nociuum est exterius, tunc uirtus regitiua fortis, non /259ra/ lesa iuuat huius passibilem compositionem, ut in regimine et fortitudine uirtutis recuperet quod ammisit in compositione passibili. Sed quando nocumentum est intus, tunc uirtus regitiua lesa est, nec potest iuuare huius passibilem compositionem, et ideo ab  
150 huius nocumento multum leditur.

**3.** Queritur postea de capite, et queritur primo quare in capite humano plus sunt suture quam in capite alterius animalis.

Secundo queritur quare in hominis capite sunt lineale, in capite femine sunt circolare.

155 Item propter quid posterior pars sit solida, pars anterior, scilicet frons sit debilis usque ad multum tempus.

Quarto queritur propter quid magnitudo et latitudo frontis significet hominem esse indiscretum, cum Galenus et Haly dicunt quod magnitudo capitis sit bonum signum.

Ad primum respondeo quod inter omnia animalia homo plus habet de cerebro quantum ad quantitatem sui corporis et cerebrum eleuatum, cuius causa dicta est superius. Et ideo uapores totius corporis eleuantur ad ipsum tamquam ad caminum. Et ideo indiguit uis, per quas posset euacuari uapores, hac de causa fuerint iste suture. Ideo homo plus habet de cerebro et suturas quam cetera animalia. Item quia plus habet de cerebro, ideo plus euacuatione indigebat, hec est causa finalis. Alia est causa materialis, homo enim secundum quod dicit Galenus, creatus est in ultimo limositatis et humiditatis, ideo quanto fuit maior humiditas, tanto minor coagulatio. Propter igitur superhabundantem humiditatem non potuit omnes partes consolidare sicut in aliis animalibus ideo remanserunt suture. 160 165

Ad aliud iam paruit solutio. Nam sicut dicit philosophus, debilis est coagulatio in mulieribus. Si ergo debilitas coagulationis fuit causa suture cranei in uiro, debilior coagulatio causa maiorum saturarum, quia igitur maior sutura fuit in latum quam in longum, tam circulariter quam linealiter. Ideo in mulieribus sunt suture circulares, in hominibus lineales. 170

Ad aliud dicendum quod plus est de cerebro in parte anteriori quam posteriori, quia igitur molle est cerebrum et liquidum et huius resistunt coagulationi et consolidationi, ideo pars anterior minus solida est. Et hoc patet in pueris, si enim moueantur aliquando eis apparet cerebrum in fronte quasi ebulliens. 175

Ad aliud dicendum quod magnitudo et latitudo frontis potest esse dupliciter: accidentalis sicut fit in pueris a nutricibus, que comprimunt partem posteriorem, ut addant in ploram. Et hec magnitudo et latitudo frontis semper mala est. Et de hac loquitur hic philosophus, et hec cognoscitur eo, quod habent partem posteriorem rotundam. Et alia naturalis, et hec dupliciter: aut magnitudine materie cum fortitudine uirtutis, et talis semper bona et similiter in epate. Et de hac loquitur Galenus et Haly. Aut magnitudine materie cum debilitate uirtutis, et hec semper mala, et hec cognoscitur quando caput grossum et collum est gracile. Dico quod frons lata, in quantum mala siue sit accidentalis siue sit naturalis, significat 180 185

---

163. cerebrum *M*; uapores *add.*

indiscretionem eo, quod per compressionem frontis, et etiam materie habundantiam  
uirtutes non habent item liberum, ideo se ipsis confunduntur. Propter hoc faciunt  
190 hominem indiscretum. Queritur secundo circa organa.

Et primo de phisonomia superciliorum.

Secundo de lacrimalibus.

Tertio de auribus.

Quarto de sternutatione.

195 Quinto de lineatione in manibus.

Sexto de comparatione partium secundum omnes loci posteriores.

4. Circa primum sic, et queritur cur rectus transitus superciliorum significat  
hominem effeminatum et flexibilem.

Secundo queritur si arcus contingant se in naso, significat quod leuis sit et  
200 subtilis et studiosus in operibus suis.

Tertio propter quid extensio uersus tempora significat negligentem et male  
dispositum.

Quarto propter quid demissa significant inuidum.

Ad primum dicendum quod sic scribitur in sexto *Phisicorum* et in libro *De*  
205 *animalibus* quod unumquodque recipit necessitatem et complementum a suo fine ,  
ut uidemus in artificialibus, serra enim habet dentes, ut secet, quia igitur finis  
ciliorum est ut obumbret oculos, debent reflecti supercilia secundum reflexionem  
oculorum. Igitur quoniam reflectuntur, sed in longum protendentur, hoc est ab  
inobedientia materie male triabili. Ad istam autem reflexionem impediendam  
210 maxime operatur humiditas. Ideo si supercilia protendantur in rectum, signum est  
quod superhabundat humiditas. Et quia humidum remollit, remollitio est causa  
flexibilitatis, et femine ut in se, que sunt maxime flexibiles, ideo ista recta extensio  
effeminitatem et flexibilitatem.

---

205. uidemus *expunctuatum*

210. in longum *expunctuatum*

Ad aliud dicendum quod arcus superciliorum naturaliter debent descendere usque ad conum nasi. Et causa huius quia radii oculi concurrunt in ipsum. Et 215 propter hoc in illa parte ubi est magis concursus radiorum, magis requiretur obumbraculum, quia igitur supercilia sic disponantur, signum est studiositas nature operantis et obedientia materie bone dispositionis. Et propter hoc tales sunt leues et subtiles et studiosi in suis operationibus. Sed si uersus tempora extendantur, signum est negligentie nature et materie inobedientia et mala dispositio. Et propter 220 hoc tales sunt negligentes et male dispositi. Et propter hoc soluitur tertium.

Ad aliud dicendum quod inuidia est propter defectum, non enim aliquis inuideret nisi aliquo indigeret. Quia igitur omnis pilus generatur ex materia melancholica, superhabundantia pilorum attestatur materie melancholice, et quia dimissio ciliorum causatur ex pilorum habundantia, ideo melancholie attestatur. 225 Inter onnes complexiones hec maxime est indigens bonitatis, quia igitur inuidia propter defectum, ideo et cetera.

5. Consequenter queritur propter quid albedo oculi hominis non uariatur nisi uiro uel nunquam, nigredo autem uariatur.

Secundo queritur quare nigredo in oculis aliorum animalium aut uix aut 230 nunquam uariatur preterquam in equo.

Tertio de controuersia inter istum et Galenum. Dicit Galenus quod paruus oculus est bonum signum, magnus quandoque bonum, quandoque malum. Dicit autem philosophus hic contrarium quia dicit quod mediocris est bonum signum.

Quarto queritur quare profunditas in oculis significat subtilitatem et 235 acuitatem uisus in omnibus animalibus et discretionem.

Quinto queritur propter quid eminentia oculorum significat indiscretionem et perturbationem et malitiam dispositionis.

Sexto queritur quare oculi multum immobiles et pauce clausure significant stultum et inuerecundum . 240

Item quare ualde mobiles et multe clausure, indiscretum et mobilem.

---

240. Item quare ualde mobiles et multe clausure significant stultum et inuerecundum *lituratum*

Ad primum dicendum quod oculus componitur ex tribus humoribus et septe tunicis et ultima tunica exterior dicitur coniunctiua et est illud album quod apparet in oculo.

245       Secunda ex parte exteriori dicitur /259rb/ cornea et illud est nigrum quod apparet.

Tertia tunica est, cuius color est sicut color celistis et hec est perforata, et nulla alia, et dicitur eius foramen pupilla, et in hac apparet manifeste ydolum, et est pars nobilissima per quam oculus operatur inter omnes tunicas, sicut dictum est  
250 superius. Oculus est eiusdem complexionis cum cerebro, et est cerebrum album. Et propter hoc in parte exteriori, quare quanto magis decedit quod oculi a cerebro, tanto uirtus naturalis est debilior, et ideo cum color oculi erat album et compositio sua naturalis est alba. Virtus non potens conuertere quod erat exterius, relinquit in colore naturali. Et ideo prima tamen semper est alba, secunda tamen nigra.

255       Quia ad uisum duo requiruntur: illustratio medii et agregatio radorum et spirituum uisibilium, unio requiritur in radice, et cum isti spiritus principaliter exeant a pupilla, circa illam debuit esse nigredo, ideo et ad agregandum spiritus et radios eorum est circumquaque, albedo ad illuminandum medium. Et hoc uiso, patet solutio. In homine enim cerebrum albius est et clarius quam in ceteris  
260 animalibus, et ideo cum color tunice exterioris esset materialis, cum principium suum, scilicet cerebrum sit album, et ista erit alba semper et uniformiter. In aliis animalibus quia non est cerebrum adeo album sicut in homine ideo non inest illis albedo semper, ideo uariabilis potest esse. Item in animalibus non requiritur medii illustratio sicut in homine. Vnde in pluribus accidit quod melius uident de nocte  
265 quam de die, et ita cum illustratio fieret ab albo, non requirebatur in illis. Notandum tamen quod uolatilia minime uident de nocte, et hoc propter debilitatem uisus. De nigredine autem non est ita, quia nigredo est ut spiritus uisibiles agregentur. Sed spirituum uisibilium quidam sunt grossi et tales non indigent agregatione. Et isti maxime uident de longe, et in talibus potest uariari nigredo.

---

253. reliqui *M*

Quidam autem sunt subtiles, sed secundum magis et minus, et ideo maiori uel 270  
minori indigent agregatione. Hec autem agregatio fiebat a nigro, ideo nigrum  
poterit uariari.

Ad primum igitur patet solutio. Nam albedo in homine non uariatur propter  
confortationem et conformitatem quam habet tunica cum cerebro, quod quidem  
albissimum est. Item hoc maxime indiget illustratione medii quod fit ab albo. 275  
Nigrum autem potuit uariari, quia in quibusdam maior requiritur agregatio, in  
quibusdam minor.

Ad aliud dicendum quod spiritus immediate exeunt a pupilla, et propter hoc  
ad agregandum spiritus fuit cornea tunica que immediate sequitur ipsam. Nigra est  
quia alii sunt grossi et non indigent congregari, alteri subtiles et indigent 280  
congregari. Propter hoc illa tunica alteri fuit nigra, quando spiritus sunt subtiles,  
alteri glauca, quando spiritus sunt grossi.

Secunda causa est quia cornea tunica media est inter coniunctiuam et  
nutrimentum quod uenit ad coniunctiuam. Quando ergo plus assimiletur  
nutrimento, est nigra, quando coniunctiue, est glauca uel uaria, quia remittitur 285  
nigredo. Et notandum quod nigredo in equo in oculis uariatur et non in aliis  
animalibus, quia eius similior est homini quam alia.

Ad aliud dicendum quod paruum uno modo est extremum respectu magni,  
sic oculus paruus est malum signum, et hoc modo loquitur Galenus. Alio modo  
oculus paruus non dicit extremum sed medium, et sic oculus paruus est bonum 290  
signum, hoc modo loquitur Galenus, primo autem modo philosophus.

Ad aliud dicendum quod oculi prominentes significant nimiam humiditatem  
cerebri neruos relaxantem, et propter hoc oculi protenduntur extra, et nimia  
humiditas in cerebro malum est, et propter hoc oculi prominentes sunt mali, sed  
oculi profundi sunt boni, quia significant siccitatem cerebri que retrahit neruos, et 295  
propter hoc sunt oculi in profundo.

Ad aliud dicendum quod, sicut dicit Philaretus, calidum est de facili mobile,  
et propter hoc qui habent oculos multe clausure, habent cerebrum calidum, et quia



cerebrum calidum est mobile in oppinionibus, sicut dicit Galenus, propter hoc tales  
300 oculi sunt inconstantes. Sed illi qui habent semper oculos apertos, sunt stulti et  
inuerecundi, et causa huius est quia uisus est subtilissimus inter omnes sensus. Et  
propter hoc in instanti uidet, et propter hoc oculus sepe clauditur. Et illi qui habent  
multum oculos apertos, stulti sunt quia natura errat in regimine sui uisus.  
Inuerecundi sunt quia non habent uerecundiam proprio errore. Sed si haberent  
305 uerecundiam, statim clauderent oculos.

6. Circa tercium queritur quare aures sunt distincte in homine maiori  
distantia quam alia organa sensuum.

Et quare in auribus foramen est tortuosum.

Et quare omnia animalia preter hominem mouent aures.

310 Et quare animalia melancholica sicut asinus, ceruus et lepores habent  
magnas aures.

Ad primum dicendum quod obiectum auditus undique precipitur, et propter  
hoc oportuit esse aures ex opposito, unam contra aliam. Vnam in sinistra, alia in  
dextra, quia uox est in aere, et in dextra parte et in sinistra. Non sic autem est in  
315 organis aliorum sensuum, quia oculi non recipiuntur obiectum nisi a parte anteriori,  
nec alii sensus.

Ad aliud dicendum quod aer magis frangitur, quando transit per foramen  
tortuosum quam quando transit per foramen rectum, et propter hoc in auribus que  
sunt instrumenta auditus, fuit foramen tortuosum.

320 Ad tertium dicendum quod auditus est porta mentis, et propter hoc in  
homine in quo est discretio mentis, aures fuerint immobiles, quia si mouerentur  
clauderetur foramen et impediretur auditus. Non sic autem est in aliis animalibus  
quia non est ibi discretio mentis.

325 Secunda causa est quia nerui quanto sicciores tanto sunt ad motum  
habiliores, et propter hoc quia homo creatus est in fine humiditatis et limositatis,

---

300. inconstantens *M*; subtilior *M*; 302. hoc *add.*

310. animalia *expunctuatum*

magis habuit neruos remolitos et ineptos ad motum quam alia animalia. Et propter hoc homo habuit magis aures immobiles quam alia.

Ad quartum dicendum quod ista animalia sunt melancholica, et ideo timida, et ideo sicut natura dedit eis pedes ueloces ad fugiendum nocium scilicet ceruo et lepori, similiter dedit eis magnas aures, ut de longe possint audire quod licet nocumentum et effugere. 330

7. Circa quartum queritur quare sternutatio est signum conualescentie.

Ad hoc dicendum quod quando uirtus est fortis in cerebro, si sentiat aliquod nocumentum, nititur expellere et sternutare. Et quando uirtus est debilis, non potest expellere nocumentum, sed subcumbit. Propter hoc sternutatio quando uenit precedentibus signis digestionis, est signum conualescentie et feracitudo uirtutis, quando in principio morbi est malum, quia uenit uisinthomatis, et non uis nature. 335

8. Circa quintum queritur quare lineamenta in manu plus ualent ad pronosticandum de uita quam in pede uel alio membro.

Et quare quando lineamenta sunt apparentia, sunt signum longe uite, quando autem non sunt, signum breuis uite. 340

Ad primum dicendum /259ua/ quod manus sunt ad capiendum res et retinendum, et propter hoc oportuit ibi esse aliquas lineas et tuberositates ad melius retinendum. Item oportuit quod manus sic posset claudi et aperiri. Et hoc non posset esse sine diuersis iuncturis et sine lineis, quia applicatio facit lineam, sicut patet in panno plicato. Sed pedes sunt ad incedendum et non ad retinendum, et propter hoc non debuerunt habere lineamenta sicut manus. 345

Ad secundum dicimus quod, sicut dicit philosophus, habere magnas extremitates sicut magnos pedes et magnas manus, malum est in mulieribus, sed bonum est in hominibus. Et hoc est quia magne extremitates in mulieribus signum est magne uulue, quia enim uulua est de genere neruorum sicut manus et pedes, et habere magnam uuluam est malum in mulieribus. Sed magne extremitates in 350

---

348-352. Nota quod magne extremitates in mulieribus sicut manus et pedes est signum magne uulue *mg. alia manu*

hominibus signum est magne uirge, et hoc est bonum in hominibus quia est signum fortitudinis. Similiter dico, cum in homine manus sint loco armorum in animalibus.  
355 Ille homo, qui habet manus magis lienatas, est fortis uirtutis et longioris uite, quia quanto uirtus est fortior, tanto melius. Item lineare manus et preparare ad capiendum et retinendum.

9. Circa sextum queritur quare membra que sunt in homine secundum latum, sunt eadem in specie sicut duo brachia, duo pedes et duo oculi, membra  
360 autem que in longum et profundum, non.

Nam pars anterior pectoris non est eadem in specie cum posteriori, nec superior cum anteriori, caput enim non est in specie cum pedibus.

Et quare in homine dextrum ponitur pro sinistro in aliis autem animalibus, non.

365 Et quare mulieres non sunt ambidextre sicut dicit Ypocrates.

Ad primum istorum dicendum, quod magis est distantia inter membra que sunt secundum longum et profundum, quam inter membra que sunt secundum latum. Et propter hoc fuerunt eadem in specie membra secundum latum et non secundum longum et profundum. Secunda causa est quia membra scilicet latum  
370 ordinantur ad eandem operationem, ut duo pedes ad ambulandum, due manus ad palpandum, duo oculi ad uidendum, due nares ad odorandum, due aures ad audiendum. Non sicut autem membra secundum longum et profundum, nam ad idem non ordinantur pars anterior et posterior, et pars superior et inferior.

Ad secundum dicendum quod fortior est uirtus naturalis in homine quam in  
375 aliis, et propter hoc sinistra facit operationem dextri in homine, et non in aliis.

Per hoc patet solutio ad tertium. Nam sinistra in feminis est debilis, quia sinistra est ratione sexus et propter hoc femina non potuit esse ambidextra.

Secunda causa est quia cor in homine secundum situm est in parte sinistra, insufflat tamen ad partem dextram, et propter hoc quod ammisit sinistra in

---

375. sinistram *M*

sufflatione recipit in situ. Non sic autem est in aliis animalibus. Et propter hoc 380  
solus homo fuit ambidexter, femine autem non. Et sic patet solutio ad tertium.



## LIBER II

**Secundus liber incipit.**

**Questio prima**

***Quedam membra animalium consimilia, et cetera.***

Hic restat querere de membris hominis.

1. Et primo de controuersia inter medicum et philosophum, quia 5  
philosophus dicit quod cor habet tres uentriculos, medicus solum ponit duos. Et  
arguo sic. Corpus diuiditur per dextrum et sinistrum, et ergo et similiter cor, cum  
cor sit centrum corporis et principium uite in corpore.

Queritur etiam quare cor sit figure pyramidalis.

Et queritur quare basis cordis declinat uersus dextram partem, corpus uero 10  
uersus sinistram.

Et quare basis cordis in homine est superius, conus autem inferius. In aliis  
animalibus est e contrario, sicut in piscibus.

Et quare cor in homine secundum situm declinat ad sinistram sed in  
sufflatione sua ad dextram. Non sic autem est in aliis animalibus, sed est cor in 15  
medio.

Queritur etiam quare intestina sunt inuoluta in homine.

---

1. questio prima *mg.*; 10. quare *mg.*; 11. siue *expunctuatum*

Et quare tria intestina sunt gracilia et longa, tria autem inferiora sunt grossa et curta.

20 Et quare etiam cum cor nutriatur ex puriori nutrimento, unde est quod est pessimi nutrimenti et durissime digestionis.

Et quare ren dexter est inferior quam sinister.

Et quare ren sinister est pinguior quam dexter.

Ad primum dicendum quod, sicut dicit auctor libro *De motu cordis*, cor, 25 quantum ad sui substantiam solum habet duos uentriculos, dextrum et sinistrum. Sed quedam uena nascitur in corde que facit ibi alium uentriculum. Et quia philosophus ponit ortum uenarum a corde, et eiusdem esse compositionis cor et uenas, propter hoc ponit in corde tres uentriculos. Sed medicus non ponit uenas esse eiusdem compositionis cum corde, quod secundum phisicum cum uene non 30 oriuntur a corde sed ab epate, et propter hoc ponit in corde solum duos uentriculos dextrum et sinistrum, qui sunt de substantia cordis. Et per hoc patet solutio ad argumentum.

Ad secundum dicendum quod sicut motus sequitur figuram, sicut dicit philosophus in libro *De celo et mundo*, sicut figura sequitur complexionem. Dico 35 ergo quod ignis in sua prima materia quando est in sua sphaera est spherice figure, et hoc est quia illa materia omnino est obediens. Sed quando est in materia aliena, est figure piragmidalis, sicut patet quando ignis est in carbone, facit basim inferius et eleuat conum superius. Quia ergo cor est nature ignee cum sit calidum et siccum sicut ignis, et ignis ibi sit in materia aliena, propter hoc necesse fuit cor esse 40 piramidalis figure. Secunda causa est quia, sicut dicit Haly, spiritus quanto transeunt per meatus strictiores tanto sunt subtiliores. Vnde spiritus uitales sunt animales in meatibus cerebri. Sed cor ex sanguine, quem recipit ab epate, generat spiritum et calorem. Et propter hoc pars cordis, que est uersus epar, est latior quia recipit sanguinem grossum, et conus est strictior siue acutior ut ibi generetur

---

27. complexionis *expunctuatum*

sanguis et spiritus subtilis, et hec est figura pyramidalis. Per hoc patet solutio ad 45  
tertium.

Et si obicias quod per istam rationem uentriculus dexter esset maior quam  
sinister, cum sit propinquior epati, cui contra dicit philosophus.

Ad hoc dicendum quod sinister uentriculus fuit maior quam dexter, quia  
sanguis paulatine recipitur in dextro, sed conseruatur in magna habundantia in 50  
sinistro.

Ad quartum dicendum quod cor in animalibus calidis est minus calidum, et  
propter hoc pars latior per quam recipit et insufflat, fuit posita in opposito cerebri,  
ut per frigiditatem ipsius cerebri reprimeretur eius calor.

Sed si in piscibus sic esset, periret uita, quia cor in illis de se est frigidum, et 55  
si infrigidaretur a cerebro, suffocaretur calor in ipso. Secunda causa est quia pisces  
habitant in aqua que multum est frigida, et propter hoc cor eorum non indugit  
aliquo refrigerio.

Ad quintum dicendum quod homo inter omnia animalia est magis  
temperatus, et propter hoc cor fuit secundum situm in sinistra et insufflat in 60  
dextram, ut quod admittit dextra per situm, recuperet per insufflationem. Non sic  
autem fuit necesse in aliis animalibus, causa non sint ita temperata.

Ad sextum autem dicendum quod, sicut dicit Auicenna, si in homine esset  
unum intestinum curtum et latum, successiue comederet et egereret, et sic semper  
uaccaret ab operibus naturalibus. Et hoc est inconueniens, quia debet homo 65  
intendere operibus naturalibus, ut legere, disputare, cogitare de suo creatore. Et  
propter hoc eius intestina fuerunt inuoluta ut diu possent retinere /259ub/ egestionem.  
Secunda causa est quia uirtus segregatiua fortis est in homine, et propter hoc  
oportuit quod egestionem diu morarentur, ut epar fugat quod est ibi de puro.

Per hoc patet solutio ad septimum, quia epar plus sugit ab intestinis 70  
superioribus quam inferioribus, oportet quod sint longiora et graciliora quam  
inferiora, ut diutius ibi maneant egestionem.

---

63. quod *M*



Secunda causa est quia in intestinis inferioribus egestionem sunt grosse et iam sunt in specie stercoris, sed in intestinis superioribus egestionem sunt liquide  
75 sicut chylus, et propter hoc inferiora intestina grossiora sunt quam superiora.

Ad octauum dicendum quod membra principalia in animalibus, sicut cor, non ordinantur ad hominem propter nutrimentum, sed ad animal propter uitam. Sed alia membra, sicut renes et coxe et huius, ordinantur ad hominem propter nutrimentum, et propter hoc sicut sperma quod aptum est ad generationem non  
80 nutrit, sed lac, uitellum oui et non album, similiter cor est pessimi nutrimenti cum non ordinetur ad nutrimentum hominis, sed ad dandum uitam in animalibus. Viuit tamen ex nobiliori sanguine cum generet spiritum et calorem, et sic nobilium membrum corporis.

Secunda causa est quia cor est in continuo motu, et propter hoc debuit esse  
85 solide substantie et melancholice, ne per motum dissolueretur. Melancholica autem sunt pessimi nutrimenti, et propter hoc fuit pessimi nutrimenti in cibo.

Ad nouenum dicendum quod ren dexter calidior est quam sinister, et propter hoc fuit propinquior epari a quo uenit ei nutrimentum, et calidior quam sinister, et ideo fuit altior.

90 Secunda causa est quia caliditas contrahit neruos, frigiditas et humiditas relaxat neruos, et propter hoc cum maior sit calor in dextra quam in sinistra, nerui, per quos dependet ren dexter, magis fuerunt contracti uersus epar. Et propter hoc ren dexter est magis eleuatus quam sinister.

Ad decimum dicimus quod, sicut dicit Ysaac, frigidum uel calidum  
95 remissum generat pinguedinem, unde phlegmatice mulieres pinguiore sunt quam homines colerici. Et quia ren sinister habet calorem magis remissum, propter hoc fuit pinguior quam dexter.

2. Postea queritur quare cerebrum diuiditur per ante et retro, cum alia membra diuidantur per dextrum et sinistrum.

---

77. ad *expunctuatum*; 81. uite *expunctuatum*

92. esse *expunctuatum*

96. n- *expunctuatum*

Et quare membra exteriora diuidantur per dextrum et sinistrum, et non 100  
interiora. Non enim habemus duos stomachos, uel duo epata, sicut duo brachia,  
duas manus et duos pedes.

Et queritur etiam quare sensus uisus et auditus et olfatus quilibet habet duo  
organa. Sed unicum est instrumentum gustus, scilicet lingua.

Et quare sic est quod quedam animalia sunt que habent duas linguas, sicut 105  
serpentes.

Item quare aues habent pulmonem distinctum per multos ramos, homo  
autem non.

Ad primum dicendum quod cerebrum est principium duorum contrariorum,  
scilicet sensus et motus. Sensus enim est passio et motus est actio, et agere et pati 110  
sunt contraria. Contraria autem sunt que maxime a se diferunt uel distant. Et  
propter hoc quia maior est distantia inter se, ut ante sensus, motus uero retro, et  
non per dextrum et sinistrum. Sed alia membra corporis non sunt principium  
contrariorum, sed sunt ad idem opus, ut due manus ad palpandum, duo pedes ad  
ambulandum, et propter hoc diuiduntur per dextrum et sinistrum. Inter que est 115  
pauca differentia uel distantia.

Ad secundum dicendum quod membra exteriora ordinantur ad diuersa  
opera, cum sint membra officialia, et propter hoc cum natura sit ad unum, illa  
membra non diuiduntur. Sed est unum cor, unum epar, unus stomachus. Sed  
testiculi diuiduntur in dextrum et sinistrum, et hoc est quia recipiunt ab aliis 120  
membris, scilicet dextrum et sinistrum. A corde enim fluit uentositas erigens  
uirgam, ab epate uero recipiunt materiam spermatis, a cerebro uero uirtutem  
sensitiuam, per quam est delectatio in coitu. Renes similiter diuiduntur in dextrum  
et sinistrum, quia recipiunt aquositatem ab epate secundum dextrum et sinistrum.

Ad tertium dicendum quod anterior pars cerebri diuiditur in dextrum et 125  
sinistrum uentriculum, et propter hoc nares et oculi que sunt emunctoria anterioris

---

105. dua *expunctuatum*

112. se *add.*

partis cerebri diuiduntur in dextrum et sinistrum, ut dextra pars recipiat  
superfluitatem dextri uentriculi, et sinistra sinistri, sed non potuerunt esse due  
lingue, quia lingua non congruit nisi in duo, in gustum et loquelam, et si essent due  
130 lingue una impediret motum alterius, et impediretur loquela. Sed serpentes habent  
duas linguas, et hoc est quia illa animalia sunt multum gulosa, et comedunt terram  
et propter hoc oportuit in eis linguas multiplicari, ut multiplicetur gustus et  
augmentetur.

Ad ultimum dicendum quod aues habent corpora rara, cuius signum est  
135 quod grosse plume oriuntur per raritatem pororum. Calor autem cordis tripliciter  
refrigeratur: uno modo per pulsum, secundo modo per omnia membra corporis in  
quibus sunt pori subtiles per quos intrat aer, tertio per anelimum. Dico ergo quod  
aues habent arterias breues et propter hoc cito uenit aer ad pulmonem multum  
frigidus, et nisi multum subtiliaretur, in pulmonem peteret cor et extingueret  
140 calorem in eo. Et propter hoc oportuit quod haberent multos ramos in pulmone ut  
diuideretur aer in minima et spoliaretur sua frigiditate. Non sic oportuit in homine,  
quia homo non habet corpus ita rarum, et habet longiores arterias.

---

134. ci- *expunctuatum*

## **Questio secunda**

### ***Et deinde in dentibus animalium est magna diuersitas.***

Hic restant querere duo.

Primum est de ordine uel origine sensus et motus in cerebro.

Secundum est de quibusdam dictis in littera.

5

1. Circa primum sic dicit, quod motus sequitur sensum, unde sensus et motus sunt respectu eiusdem, sed sensus est in prima parte cerebri, ergo et motus.

Propterea potentie diuersificantur et cognoscuntur per actus, et actus per obiecta, sed respectu eiusdem obiecti sunt sensus et motus: in aprendendo sensus et motus in prosequendo, ergo habent idem principium. Sed in anteriori parte cerebri 10 est sensus, ergo et motus.

Contrarium dicunt omnes auctores medicine.

Propterea idem secundum idem non est principium contrariorum, sed sensus et motus sunt contraria, sicut actio et passio, ergo non sunt in eadem parte cerebri. Ergo si uirtus sensitua est in anteriori, uirtus motiua est in posteriori. Quod 15 concedo quia pars posterior capitis est dura et obtusa, et propter hoc ibi oriuntur nerui motiui qui sunt duri, cum sint principium in agendo. Sed pars anterior est mollis quia multum est ibi de cerebro, et propter hoc est habilis ad patiendum, et oriuntur ibi nerui sensitui qui sunt principium in patiando.

Ad argumentum dicendum quod, licet sensus et motus sint respectu 20 eiusdem, tamen non secundum idem, quoniam sensus in patiando et motus in agendo.

---

1. questio secunda *mg.*; 9. et *expunctuatum*

2. Postea queritur quare collum leonis est continuum. Et quare in ossibus leonis non est medulla, cum ossa nutrantur ex medulla secundum philosophum.

25 /260ra/ Et quare ex concussionem ossium leonis uenit ignis.

Ad primum dicendum, quod leo est animal ualde audax unde inuadit equum uel taurum licet sint maioris quantitatis et uirtutis. Et quia iste insultus fit per pectus et per collum, oportuit quod collum sit continuum, et quod non sunt in eo ossa concaua.

30 Secunda causa est quia, sicut dicit Haly, colera habundans in animali generat maniam uel maniacam confidentiam, et ideo sunt ualde colerici, calor uero fortis in ipsis de grossiori parte nutrimenti nutrit os, partes autem liquidas et subtiles ex quibus debet generari medulla consumit, et propter hoc in ossibus leonum non est medulla. Sed in aliis animalibus ubi est calor temperatus ex  
35 grossiori parte nutrimenti fit os, et ex partibus liquidis et subtilibus fit medulla, et reseruat hanc naturam tamquam thesaurum, quia inde nutritur os tempore necessitatis, sic uero potuit esse in leonibus propter calorem excellentem.

Ad aliud dicendum quod, sicut dicit philosophus, ignis sicut est facilis corruptionis, sic est facilis generationis. Vnde generatur ignis per concussionem  
40 durorum corporum et propter hoc ex concussionem ossium leonis generatur ignis cum sint ualde dura.

3. Postea queritur quare quedam animalia in eundo preponunt pedem dextrum, et quedam sinistrum. Et quare homo in ambulando preponit pedem dextrum, in defendendo uero preponit sinistrum.

45 Et quare elephas pedes anteriores habet altiores, cum alia quadrupedia habeant e contrario.

Et quare homo habet pectus amplum plus quam alia animalia.

Et quare homo et elephas et simia habent mammillas in pectore, alia uero animalia sub uentre uel inter coxas.

---

25. leonis in inferiori margine

Et quare in quodam genere animalis sicut in homine et porco, et mas et 50  
femina habent mammillas, in aliis autem non.

Et quare flexio pedum in homine est ad posterius et manus ad anteriorus.

Et quare equus et huius animalia flectunt pedes anteriores ad posterius, et  
posteriores ad anteriorus.

Et quare elephas et leo flectunt pedes anteriores ad anteriorus et animalia alia 55  
flectunt e contrario.

Et quare omnia animalia habent caudam preter hominem et simiam.

Ad primum dicendum quod animalia que pugnant cum pedibus anterioribus,  
sicut leo et elephas, preponunt pedem dextrum quia fortior uirtus est in dextro  
quam in sinistro, et magis iuuat eis in pugnando. Sed alia animalia que sunt 60  
deputata ab portandum honera, sicut equus, preponunt sinistrum, quia sinister  
fortior est in substinendo, plus enim possumus stare super pedem sinistrum quam  
super dextrum.

Similiter dico quod in ambulando preponit dextrum, in deferendo se uel in  
pondus substinendo preponit sinistrum. 65

Ad aliud dicendum quod elephas est animal deputatum ad portandum  
honera et est tardi motus, et propter hoc habet pedes anteriores altiores quam  
posteriores, ut melius possit substinere honus. Sed equus licet portet honera, et  
tamen uelocioris motus et propter hoc non habuit pedes anteriores altiores, quia  
impediretur eius motus. 70

Ad aliud dicendum quod, sicut dicit Haly, triplex est causa latitudinis  
pectoris. Vna cordis caliditas, secunda causa est facilitas hanelitus, tertia uero  
magnitudo cerebri, quia ergo homo habet cor calidius quam alia animalia, et  
maiolem hanelitum, et maius cerebrum, propter hoc habuit pectus amplum magis  
quam alia animalia. 75

Secunda causa est quia alia animalia incedunt supra pectus, et propter hoc,  
si haberent latum pectus, impediretur eorum motus.

Ad aliud dicendum quod homo habet mammillas in pectore, quia lac hominis magis est digestum, et propter hoc mamille ubi digeritur lac fuerunt  
80 posite iuxta fontem caloris scilicet iuxta cor quod situatur in pectore. Simia autem habet mammillas in pectore quia est similis homini, et quia negligens est in acquirendo nutrimentum et non posset generari lac, ubi mamille essent posite iuxta fontem caloris. Elephas autem habet mammillas in pectore, quia animal melancholicum et non posset generari lac in mammillis nisi esset iuxta fontem  
85 caloris. Alia autem animalia habent mammillas in uentre, et illa que habent plures filios, habent plures mammillas. Masculi non habent mammillas, quia impedirent locum testiculorum. Sed homo et porcus habent mammillas quia, sicut in muliere generatur lac in mammillis, similiter in mammillis hominum materia spermatis, et inde transmittitur ad testiculos.

90 Propterea dicit philosophus quod mamille sunt in homine ad decorationem. Ad aliud dicendum quod pars posterior corporis est magis ponderosa quam anterior, et propter hoc homo flectit pedes ad posterius, manus autem flectit ad anterius ad faciendum diuersa opera, eadem ratione quia pedes anteriores equi plus dimittunt de corpore posterius, flectuntur posterius, et pedes posteriores quia  
95 plus dimittunt de corpore anterius, flectuntur ad anterius. Et aues similiter quia plus habent de corpore anterius, flectuntur ad posterius. Elephas autem et leo flectunt pedes anteriores ad anterius quia pugnant cum pedibus anterioribus, sicut homo cum manibus.

Ad aliud dicendum quod longaon, cuius extremitas est anus, in omnibus  
100 animalibus est et propter hoc animalibus natura posuit caudam ad defendendum illud foramen. In homine autem non, quia homo acquirit sibi habitum per quem potest defendere et regere ne uideatur. Et quia simia assimilatur homini in rudibus, sicut dicit philosophus, propter hoc non habet caudam, sicut nec homo habet.

Propterea simia ordinatur homini ad ridendum, et habitat cum homine, et  
105 propter hoc homo querit sibi habitum, sicut sibi ipsi, cuius signum est, quia simia

---

100. est *mg.*

siluestris que numquam domesticatur, est caudata quia non habet qui preparet sibi habitum.



### **Questio tertia**

#### ***Iam diuisimus membra exteriora uel extrinseca omnium, et cetera.***

Hic queruntur tria.

Primum est de augmento.

5 Secundum est de cornuis.

Tertium est de dentibus.

Circa primum, queritur primo utrum augmentum sit possibile.

Secundo in quo tempore.

1. Circa primum sic, sicut dicit philosophus in quarto *Methaurorum*:

10 Nobiliori forme debetur nobilior operatio, ergo cum nobilior sit forma iuuentutis quam forma elementi, nobilior sibi debetur operatio. Sed quando elementum generat, generat quid completum quod non indiget augmento, ergo fortiori ratione illud quod generat uiuens generat completum, ita quod postea non augmentatur.

15 Propterea duplex est forma, quedam est forma eligata materie extensibili, secundum extensionem materie, sicut forma mixti et elementi, quedam enim est forma non extensibilis, nec eligata materie, sicut anima que est forma uiuentis. Sed forma eligata materie in elemento generat completum quod non indiget augmento, ergo illud quod generatur a uiuente est ita completum quod non indiget augmento.

Contrarium dicunt auctores, et etiam uidemus ad sensum.

---

1. questio tertia *mg.*

8. Tertio quare in principio pars interior hominis minor quam superior. In iuuentute autem est e contrario, et in aliis animalibus est e contrario. Et quare in senectute pars superior debetur et non inferior *lituratum*

Propterea omne agens uel generans per diuisionem seminis plus retinet 20  
quam det generato. Fetus qui generatur diminutus est respectu patris, ergo indiget  
augmento.

Propterea omnis causa nobilior suo causato, ergo cum /260rb/ generans sit  
causa generari, diminutus est fetus respectu patris, ergo indiget augmento ad sui  
completionem. 25

Propterea prima causa quando creat animam, creat ipsam imperfectam  
quantum ad bene esse , ergo necesse est, uero augmentetur, quod concedo.

Ad primum autem in contrarium dicendum quod triplex est generatio.  
Quedam est generatio per conuersionem que est in elementis, et ista generans nihil  
dat informatione generata, sed equat solum. Iste ignis enim spoliat formam aeris 30  
quando ex aere sit ignis. Est etiam alia generatio que est perfecta assimilatio rei  
cum re et hec est in augmento. Membrum enim quod nutritur et augmentatur, unit  
sibi nutrimentum ita quod non carne facit carnem. Et est tertia generatio per  
decisionem, et in hac generans dat materiam et formam generato. Dico ergo quod  
licet forma in elemento sit minus nobilis, tamen generat effectum completum, et 35  
hoc est quia non dat ei materiam. Sed quia in uiuentibus pater dat materiam filio et  
non potest tamen dare quantum retinet, quia unumquodque magis est sollicitum uel  
intentum circa bonum proprium quam circa alienum, propter hoc semper filius est  
diminutus respectu patris, et oportet quod augmentetur.

Per hoc patet solutio ad secundum. 40

2. Circa secundum sic: augmentum est processus ab incompleto ad  
completum, ergo quanto magis accedit puer ad complementum, intenditur plus  
augmentum, sed hoc est post quartum decimum annum, ergo plus intenditur  
augmentum.

Propterea motus naturalis intenditur in sui fine, ergo cum augmentum sit 45  
motus naturalis, plus intenditur in fine, et hoc est post nouenum annum, ergo et  
cetera.

Contrarium autem dicit philosophus, quod in primo septenio plus uigent augmentum, in secundo minus, in tertio uero minime.

50 Propterea una uirtus retrahitur ab alia. Sed uirtus animalis in pueris est debilis. Vnde uiuunt uita bruti, sicut dicit philosophus, ergo naturalis est fortior, sed augmentum est minus propter debilitatem uirtutis naturalis, ergo plus intenditur in etate puerili.

Propterea ad augmentum requiruntur calor, scilicet dilatans et materia  
55 obediens. Sed calor fortior est in pueris, sicut dicit Galenus, et humidum extendibile plus habundat in eis, ergo in tali tempore plus intenditur augmentum, quod concedo.

Ad obiectum in contrarium dico quod quidam est motus naturalis, qui fit per accessum ad suam causam, ut lapis quando descendit quod accedit ad causam  
60 finalem ad quam intendit, et similiter ignis quando ascendit. Et de tali motu uerum est quod motus naturalis intenditur in fine. Est alius motus naturalis qui fit per recessum a sua causa, et de tali modo non est uerum quod motus naturalis intenditur in fine, sed debilitatur, sicut patet de calore ignis quanto enim plus elongatur a radice, plus minuitur.

65 Eodem modo dico de augmento, quia uirtus augmentatiua decisa est in spermate a parentibus, et quanto plus elongatur a suo principio, tanto plus debilitatur. Et propter hoc in primo septennio, multum augmentatur puer, in secundo autem minus et in tertio minime, ita quod in fine tertio septennio, scilicet in uigesimo primo anno, cessat augmentum uel ad plus in trigesimo.

70 Quare in principio pars inferior hominis est minor quam superior in iuuentute, e contrario, et in aliis animalibus est similiter, e contrario.

Ad hoc dicendum quod matrix in mulieribus est rotunda, et propter hoc membra, sicut pedes et manus non possunt bene crescere in matrice, sed in iuuentute multum crescunt ista membra ita quod pars superior est maior quam

---

48. s- *expunctuatum*; 52. propter debilitatem *mg.*; 62. modo *add.*

70-71. Quare in principio pars inferior hominis est minor quam superior in iuuentute, e contrario, et in aliis animalibus est similiter, e contrario *mg.*; 73. tertium autem *lituratum*

inferior. E contrario autem est illis in aliis animalibus, quia in feminis eorum est 75  
matrix longa, et propter hoc membra longa bene possunt crescere scilicet pedes.

Quare in senectute pars superior decrescit et non inferior.

Ad hoc dicendum quod in senectute incuruatur pars superior propter  
defectum uirtutis et ideo incuruant se senes et uidetur pars superior diminui et  
decrescere. Pars autem inferior non sic apparenter incuruatur et pro tanto non 80  
dicitur quod pars inferior decrescat.

**3.** Circa secundum principale queritur quare cerui mutant cornua.

Et quare cornua abscondunt.

Et quare masculi generaliter habent cornua, et quedam femine habent  
cornua et quedam non. 85

Et quare iste passiones se concomitantur, scilicet habere cornua, non habere  
dentes in mandibula superiori, habere plures uentres, habere intestinum tortuosum.

Et quare cerui habent cornua continua et non concaua. Alia uero animalia  
habent cornua concaua, ut uacca et huius.

Et quare generaliter in cornibus uersus indicem est concauitas, in parte 90  
superiori non, sed sunt solida.

Ad primum istorum dicendum quod fumus aut est subtilis, aut grossus aut  
mediocris. Ex uapore uel fumo subtili generantur pili, ex grosso cornua, ex  
mediocri dentes. Cornua ergo generantur ex grosso fumo melancholico, et propter  
hoc cerui sunt animalia ualde timida et melancholica et multum habundant in 95  
materia cornuum. Et propter hoc in tantum crescunt cornua eorum, quod cedunt eis  
in bono et grauant eos. Et propter hoc natura sentiens se exhonerari et pregruari,  
cum sit sagax sagacitate cuius non est finis, dimittit illa regere et illa destituta a  
regimine nature cadunt et regenerantur noua.

---

75. In senectute autem incuruatur pars superior propter deperfectum uirtutis *lituratum*; 77-81.  
Quare in senectute pars superior decrescit et non inferior. Ad hoc dicendum, quod in senectute  
incuruatur pars superior propter defectum uirtutis et ideo incuruant se senes et uidetur pars  
superior diminui et decrescere. Pars autem inferior non sic apparenter incuruatur et pro tanto non  
dicitur quod pars inferior decrescat *in inferiori margine*

100 Per hoc patet solutio ad secundum, quia ceruus est animal timidum. Quando amisit cornua que erant ei loco armorum, abscondit ea, ne aliquis ipsa inueniat et percipiat ipsius defectum.

Ad secundum dicendum quod cornua sunt in animalibus loco armature, et, quia masculi sunt defensores feminarum, omnes masculi habent cornua, sed non  
105 omnes femine, cerua enim non habet cornua, sed habet pedes ueloces et potest effugere nocumentum. Ouis autem et uacca et consimilia animalia non habent pedes ueloces, et ideo natura dedit eis cornua ut aliquo modo possint se defendere a nociuis.

Ad tertium dicendum quod ex eadem materia fiunt dentes et cornua, et  
110 propter hoc quando materia cedit in cornua, definiunt dentes in mandibula superiori et in superiori plusquam inferiori, quia omne animal mouet mandibulam inferiorem, preter tamen †checha†. Et propter hoc dentes in mandibula inferiori sunt magis necessari et rectificet eos natura plusquam alios qui sunt in mandibula superiori, quia ergo illa animalia non habent dentes in mandibula superiori. Et  
115 propter hoc habent plures uentres, quia eorum nutrimentum non digeritur in ore, sed rapiunt nutrimentum et reponunt in primo uentre, et postea, quando quiescunt ipsum, ad os reducunt, et uerum ruminant. Et quia eorum nutrimentum erat indigestum, habuerunt intestina inuoluta, quia si haberent intestinum rectum, cito exirent cibaria et non expectarent digestionem.

120 Ad quartum dicendum quod medula est calida et humida, et propter hoc, quia cerui sunt melancholici, habent cornua continua, solida et sine medulla.

Ad quintum dicendum quod cornua sunt in animalibus loco armature, et maxime in parte superiori, et propter hoc pars superior fuit dura solida, pars uero inferior fuit continua. Secunda causa est: quia nutrimentum transit ad partem  
125 superiorem per partem inferiorem, et propter hoc hec pars inferior fuit concaua, ut possit transire citius nutrimentum.

4. Circa tertium queritur quare dentes anteriores sunt lati et acuti, dentes uero maxillares sunt lati et grossi, dentes uero qui sunt in medio, sunt acuti.

Et quare quidam dentes transmutantur et quidam non, et maxime in prima etate. 130

Et quare in omnibus /260ua/ animalibus preter equum, dentes in senectute nigrescunt, in equo uero albescunt.

Et quare in quibusdam animalibus sunt plures ordines dentium.

Et quare in masculis plures sunt dentes generaliter quam in feminis.

Et quare habere plures dentes est signum longe uite, et contrarium signum contrarii. 135

Et quare pisces habent dentes accutos.

Et quare dentes augmentantur usque in finem uite in continuum et diminuuntur in discretum.

Ad primum dicendum quod dentes anteriores sunt ad incidendum, et propter hoc sunt lati et grossi. Medii uero qui canini dentes, sunt ad penetrandum et propter hoc sunt accuti. 140

Per hoc patet solutio ad secundum. Maxillares uero sunt maiores et magis necessarii, et propter hoc habent maiorem radicem et non transmutantur. Alii autem transmutantur et maxime in etate puerili quando uicinantur humiditati innate ex qua generantur. 145

Ad tertium dicendum quod tertia digestio dealbat, et propter hoc quia in senectute debilitatur digestiua, nigrescunt generaliter dentes, nisi in equo, quia equus est ualde luxuriosum animal, et propter hoc in iuuentute, quando uiget generatiua, est fortis calor in ipso qui patet fumum resolvere et non consumere, et illi uenientes ad dentes inficiunt ipsos. Sed in senectute deficit calor ille et non eleuat fumos et tunc remanet color albus. 150

---

127. sunt lati et acuti *mg.*; autem pallares *lituratum*

128. et *add.*

Secunda causa est quia equus habet cerebrum multum humidum, unde multotiens patitur reuma, et propter hoc oportet longum tempus ponere antequam  
155 euacuentur superfluitates sui cerebri, cum sit in eo debilis uirtus, et propter hoc in senectute quando euacuate sunt superfluitates sui cerebri, que inficiebant dentes, remanent dentes albi.

Ad quartum dicendum quod in illis animalibus in quibus sunt dentes ad pugnandum, sunt plures ordines dentium, sicut in porco agresti et in leone.

160 Ad quintum dicendum quod multitudo dentium est signum fortitudinis uirtutis, et propter hoc causa mares sit fortiores generaliter quam femine, plures habent dentes quam femine. Per hoc patet solutio ad sextum.

Ad septimum dicendum quod pisces in aqua rapiunt, et propter hoc habent dentes accutos ad melius retinendum.

165 Ad ultimum dicendum quod dentes sunt in continuo labore et propter hoc multum de ipsis deperditur et oportet quod continue restauretur usque ad mortem. Sed diminuuntur in discretum, quia numerus dentium est ex fortitudine uirtutis, et quia in senectute debilitatur uirtus, diminuuntur dentes in discretum et augmentantur in continuum dicta de causa.

170 Queritur etiam hoc, quare animalia ruminantia habent sepum pro pinguedine, non ruminantia uero habent sanguinem.

Ad hoc dicendum quod hoc est quia ruminantia magis digerunt suam pinguedinem cum habeant fortiorem digestiuam, non ruminantia uero minime digerunt in respectu ideo et cetera. Sequitur hoc.

---

171. sanguinem *M*

## LIBER III

**Quidam habent principium huius tercii libri hic. *Quoniam diximus dispositionem interiorum membrorum et cetera.***

**Questio prima.**

***Matrices uero animalium diuersantur, et cetera.***

Circa precepta tria queruntur. Primum est de distinctione animalium per 5  
istas diferentes: uolatile et igitur subtile.

Secundum est de asimilatione auium homini in garitu.

Tertium est de membris generatiuis.

Circa primum queritur primo de hac distinctione.

Secundo utrum differentie sint subtiles uel accidentales homini. 10

1. Circa primum sic: ab eodem est esse et distinctio, sed esse est a forma,  
ergo et distinctio.

Propterea solus actus diuidit, sicut dicit philosophus, ergo distinctio  
animalium est a forma.

Contra philosophus dicit in hoc libro quod in naturalibus necessitas est a 15  
fine, ergo et distinctio.

---

1-3. Quidam habent principium huius tercii libri hic. Quoniam diximus dispositionem interiorum membrorum et cetera. Questio prima *mg*.



Propterea finis est, cuius gratia fiunt alia, ergo distinctio est a fine uel a parte finis.

Contra materia est principium diuersitatis. Vnde dicit philosophus in 20 septimo *Metaphisice*, eadem sunt numero quorum materia est eadem, ergo diuersitas in animalibus est a parte materie.

Propterea Ysaac dicit in *Dietis uniuersalibus* quod in gressibilibus dominantur infima grauium, in aquatilibus suprema grauium, in uolatilibus infima leuium, ergo a dominio materiali est distinctio in animalibus.

25 Ad hoc dicendum quod quedam est distinctio que facit differere secundum numerum et hec est a parte materie. Quedam distinctio que facit differere secundum speciem. Et hoc aut secundum intentionem et sic a parte finis, aut secundum rem et sic a parte forme.

Et per hoc patet solutio ad argumentum, ad illud quod dicit Ysaac, quod 30 quedam sunt que mouentur a natura et ab anima. Dico ergo quod omnia uiuentia quantum est de motu, qui sit a natura, mouetur in terra. Sed loquendo de motu regulato ab anima, quedam mouentur in aere sicut aues. Dico quod Ysaac distinguit animalia a dominio materiali, quia loquitur de hiis in quantum competunt nutrimentum et hic est ratione materie solum.

35 Quare iusta hoc cum animalia diuidantur secundum tria elementa in quibus habitant, quare non diuiduntur secundum quartum.

Vna causa est quia omnia mista a dominio sunt ex grauibus, sed magis et minus et eadem sunt principia essendi et conseruandi. Aer enim principium conseruandi animalia in inspirando. Aqua autem similiter conseruat quedam 40 animalia ignis non, et propter hoc penes tria distinguntur animalia, non penes quartum. Secunda causa est quia dicit philosophus in *Metaphisica* quicquid uenit usque ad sperma, ignis corrumpitur et fit ignis. Et propter hoc, cum ignis sit principium corruptionis, non potest esse principium conseruationis animalium. Tertia causa est quia uita stat per distanciam a contrarietate. Vnde in quolibet

---

42. usque *mg.*; uenit *lituratum*

elementato sunt qualitates fortes fracte. In elementis uero sunt non fracte, et 45  
maxime in igne, quia caliditas in igne ultimatur. In aliis autem elementis non  
ultimantur sue qualitates, et propter hoc ignis plus recedit a temperamento quam  
alia elementa. Et propter hoc alia elementa potuerunt esse principium  
conseruationis, ignis autem non.

Circa secundum sic: differentia conducit adesse. Iste differentie uolatile et 50  
aquatile sunt post esse animalis, ergo non sunt differentie essentielles animalis.

Precepta differentia dat actum intraneum. Iste differentie non dat actum  
intraneum, ergo non sunt essentielles animalibus.

Ad hoc dicendum quod iste differentie secundum uerum sunt accidentales.  
Sed quia sunt proprie in animalibus et per has distinguntur animalia, ponimus 55  
/260ub/ ipsas esse essentielles.

**2.** Circa secundum principale queritur sic: quare uolatilia homini  
assimilantur in uociferando, agresta siue aggressibilia in mouendo, pisces uero in  
neutro.

Et quare aues rapaces peius cantant quam aues uiuentes ex terre 60  
nascentibus.

Et quare in auibus minus est fel et splen quam in aliis animalibus.

Et quare in auibus cholera delegatur ad intestina.

Et quare generaliter in animalibus fel est prope, epar in sima epatis. Splen  
est supra, longius ab epate. 65

**3.** Circa tertium queritur quare in feminis testiculi generaliter sunt intra. In  
maribus uero quandoque intra quandoque extra.

Et quare quidam masculi habent uirgam et testiculos et quidam non, sicut  
aues non habent uirgam et non habent testiculos.

Et quare matricis in auibus sunt prope cor, non sic autem est in aliis 70  
animalibus.

---

62. et splen *lituratum*

68. 1- *expunctuatum*

Ad primum istorum dicendum quod aues maxime assimilantur homini in regimine spirituali et animali, habent enim pectus et caput erectum sicut homo, et quia in regimine uitali et animali formatur uox, in uitali per pulmonem et arterias, 75 in animali per linguam, et propter hoc maxime assimilantur homini in uocando uel uociferando. In mouendo non, quia mouentur in elemento, ubi non mouetur homo, et habent alia instrumenta mouendi scilicet alas. Sed gressibilia assimilantur homini in mouendo, quia in eodem elemento mouentur in quo homo, et non habent alia instrumenta mouendi quam homo. In uocando autem non assimilantur homini, quia 80 non assimilantur in regimine uitali et animali, habent enim caput et pectus demissum, homo uero habet erectum. Pisces similiter non assimilantur homini in uocando quia non habent principia uocis sicut pulmonem et arterias, cum sint animalia frigida et in elemento frigido, et pulmo non est in animalibus nisi ad uentandum calorem. Nec in mouendo assimilantur homini, quia mouentur in 85 elemento fluxibili et non habent instrumenta mouendi que habet homo, quia mouetur in elemento firmo et solido.

Ad secundum dicendum quod aues rapaces multum habent de calore et siccitate, siccitas autem corrugat arterias et facit raucam uocem, et propter hoc aues uiuentes de rapina peius cantant quam alia genera auium.

90 Ad tertium dicendum quod splen et fel sunt in animalibus ad mundificandum sanguinem, splen ad atrahendum melancholiam, fel uero ad atrahendum coleram, quia, ergo aues paruum habent de sanguine et superfluitates eorum cedunt in plumas, minus indigebant splene et felle quam alia animalia.

Ad quartum dicendum quod aues minime potant, et propter hoc, cum 95 multum habeant de calore, desicantur eorum egestionem et reduntur in habiles ad expulsionem cum non sit ibi humiditas lubricans, et propter hoc natura sagax multum ibi transmisit de colera ad intestina ad confortandum expulsuam.

Ad quintum dicendum quod splen habeant melancholiam fel uero coleram. Et propter hoc, quia melancholia originaliter est inimica nature, quam colera,

---

88. corugat *M*

longius ab epate, in quo uiget uirtus naturalis, fuit generaliter splen quam fel. 100  
Iterum melancholia que reponitur in splene delegatur ad hos stomachi ad  
confortandum appetitum. Colera que reponitur in felle delegatur ad fundum  
stomachi ad confortandum digestionem et ad intestina ad confortandum  
expulsuam. Et propter hoc hos stomachi superiori ferior est quam fundus et  
intestina. Similiter necesse fuit quod splen esset superius et fel inferius. 105

Ad primum quesitum de tertio dicendum quod generaliter femine frigidiores  
sunt masculis, et propter hoc earum testiculi sunt intra, ut calor in testiculis  
confortetur per calorem intraneum corporis. Et notat quod quedam sunt animalia  
uilia que generantur per putrefactionem sicut anguilla et uermes, et in istis solum  
sufficit agens uniuersale. Et propter hoc ista animalia nec habent testiculos nec 110  
uirgam, nec aliquod loco huiusmodi. Sunt alia animalia in quibus est fortis calor  
sicut homo et equus et porcus, et huius talia animalia generant sibi simile, et non  
sufficit in eis agens uniuersale, et propter hoc habent membra generatiua et  
testiculos extra. Sed quedam habent uirgam intra, quedam extra. Illa enim animalia  
que sunt ualde nobilia et non generant nisi unicum fetum habent uirgam extra, ut 115  
mediante uirga possit introduci sperma in matricem, huiusmodi autem sunt homo et  
equus. Alia autem que non sunt nobilia et generant plures fetus, habent uirgam  
intra, sicut murilegus siue gatus. Sunt alia animalia frigida, sicut pisces, et talia nec  
habent testiculos nec uirgam, sed habent aliquid loco huiusmodi scilicet aliquod  
foramen per quod eiciunt suum sperma et cadit in matricem. Aues autem testiculos 120  
habent intra, quia, si essent extra, impediretur eorum motus, iterum quia non  
generant animal inmediate sed prius ouant deinde generant animal.

In auibis autem sunt matricem prope cor, ut per calorem cordis possit  
compleri ouum in matrice ex quo animal debet generari.

## Questio secunda

*Neruus uero secundum dispositionem quam narrauimus et cetera.*

Hic queritur de uenis et primo de necessitate uenarum.

1. Circa primum sic: uirtus naturalis est eadem in animali et in plantis, sed  
5 in plantis non sunt uene ad deseruiendum uirtuti naturali, ergo similiter in animali  
non sunt uene.

Propterea uene sunt in animali ad defferendum nutrimentum. Sed tertia  
digestio que uarius habet nutrimentum quam alie, non habet uenas, ergo nec prima  
digestio nec secunda. Ergo non est ponere uenas in animali.

10 Propterea nos uidimus quod ossa que sunt solida non habent uenas et tamen  
nutriuntur. Ergo similiter in aliis membris non erunt neccessarie uene ut uidetur.

Contrarium dicit philosophus et Auicenna.

Propterea sicut natura rem generat, sic eam conseruat, ergo sicut est ponere  
membrum in corpore in quo generatur sanguis, sic est ponere membrum in quo  
15 conseruatur, non est autem aliquo modo tale nisi uena. Ergo necesse est ponere  
uenas in animali.

Propterea dicit philosophus in decimo quarto huius libri, quod operationi  
corporali laxandet medium corporale, ergo cum deferre nutrimentum ad membra  
corporis sit opus corporale, ei laxandet medium corporale. Hec autem non est nisi  
20 uena, ergo necesse est ponere uenas in animali, quod concedo.

Ad primum autem in contrarium dico quod non est simile de uirtute naturali  
in planta et in homine. Nam in homine uirtus naturalis regitur a uitali et animali, in

---

1. questio secunda *mg.*

4. sed in plantis *lituratum*

planta /261ra/ uero non. Et propter hoc plus requiruntur uene in animali quam in planta.

Secunda causa est quia planta atrahit nutrimentum linealiter ab inferiori ad 25  
superius, a radice ad ramos. Et propter hoc in qualibet parte plante est medula in  
longum et nutritur inde planta, sicut animal ex humoribus. In animali autem  
nutrimentum atrahitur circumferentialiter, epar enim in quo digeritur nutrimentum,  
situm est in medio, et hatrahunt membra inferius et superius, destrosum et  
sinistrorsum, ante et retro. Et propter hoc neccesse fuerunt alique uene que deferent 30  
nutrimentum undique ad membra, huius sunt uene. Talis autem neccessitas non fuit  
in plantis, et propter hoc non habuerunt uenas.

Tertia uero causa est quia plante habent nutrimentum coniunctum, et propter  
hoc partes plante paulatiue habuerunt de nutrimento quantum possunt digerere. Sed  
animalia non habent nutrimentum coniunctum et propter hoc una uice plus 35  
habuerunt de nutrimento quam possunt digerere uel quod natura possit conuertere.  
Et oportet quod sanguis inde generatus paulatiue aministretur membris tertie  
digestionis. Hoc autem non posset esse nisi essent aliqua causa in quibus  
conseruaretur sanguis. Et propter hoc fuerunt uene in animali ad conseruandum  
sanguinem ex quo debet nutriri corpus, in plantis autem non, cum habeant 40  
nutrimentum coniunctum et etiam hatrahant paulatiue.

Ad secundum dicendum quod prima digestio non habet uenas nisi  
ysophagum, per quem hatrahit cibum. Similiter tertia digestio non habet uenas, sed  
membra tertie digestiue hatrahunt nutrimentum ab epate per uenas, et propter hoc  
solum secunda digestio habet uenas quia ab ipsa hatrahunt omnia membra corporis. 45

Per hoc patet solutio ad tertium. Licet enim ossa non habeant uenas, tamen  
nutrimentum usque ad ossa peruenit per uenas.

Iusta hoc queritur utrum in qualibet parte corporis sint uene, et uidetur quod  
sic, quia in quacumque parte corporis soluitur, continuum exit sanguis, sed, sicut

---

47. per *mg.*

50 dicit Ysaac, quod sanguis semper est in uenis. Vnde omnis febris de sanguine est continua, cum sit de materia intra uasa, ergo in qualibet parte corporis sunt uene.

Propterea dicit Auicenna quod post quattuor humores sunt quattuor humiditates quarum prima est in capitibus paruorum uenarum, et hec exit speciem humoris et est materialis ad alias. Secunda est que uocatur ros, quando exit speciem  
55 humoris, et est extra capita uenarum. Tertia uocatur cambium et est in propinqua dispositione ad hoc quod conseruatur in membris. Quarta autem uocatur glutinum quando iam inmediate debent conuerti in membris. Iste humiditates sunt in quolibet membro. Sed iste humiditates materialiter fiunt ex humoribus qui sunt in capite uenarum, ergo uene sunt in quolibet membro.

60 Contrarium dicit Haly quod quedam est caro simplex in qua non sunt nerui neque uene.

Propterea si in qualibet parte essent uene quia hec pars esset duplicis et que composite nature, ergo nullum esset membrum consimile. Hoc autem est falsum, ergo et primum ex quo sequitur.

65 Propterea auctor dicit in littera quod in cerebro non sunt uene nec nerui, ergo non in qualibet parte corporis sunt uene quod concedo. Et ponit philosophus exemplum de puteo in medio agri, in quo primo sunt magni canales, postea diminuuntur, in fine autem ueniunt ad planitiem ita quod non apparet ibi canalis. Eodem modo est de uenis quando ueniunt ad spongiositatem carnis.

70 Ad primum in contrarium dicendum quod sanguis defertur per uenas usque ad spongiositatem carnis, et caro hatrahit sanguinem per poros minimos. Et propter hoc a qualibet parte corporis exit sanguis, quando soluitur, continuum, et licet sint in corpore quedam membra in quibus non est sanguis, sicut stomacos et diafragma, tamen, si incidantur exit sanguis per compassionem, quia semper humiditates  
75 fluunt in locum dolorosum. Et per hoc patet solutio ad secundum.

2. Circa secundum principale sic: illud est principium in quolibet genere, ad quod terminantur que sunt in illo genere, sicut mare est principium aquarum quia

aque terminantur in mare, sed omnes uene terminantur ad cor et nulla uena penetrat cor, sed aliquae penetrant epar, ergo cor est principium uenarum, et non epar.

Propterea illud plus est principium re, quod plus habet de re, sicut pellagus 80 est elementum aquarum, ergo cum uena magis oriatur a corde, perinie uero uene ab epate, manifestum est quod cor est principium uenarum et non epar.

Propterea dicit philosophus quod in corde plus est de sanguine quam in aliis membris. Sed uene sunt ad deferendum sanguinem, ergo uene oriuntur a corde et non ab epate. 85

Propterea orta a principiis attestantur principio, sicut dicit Galenus si uene eiusdem sunt compositionis cum corde, ergo a corde oriuntur et non ab epate.

In contrarium sunt omnes auctores medicine.

Propterea sanguis generatur in epate, epar enim est sanguineum, et simile a simili generatur. Si uene non sunt nisi propter sanguinem, ergo, sicut sanguis ortum 90 habet ab epate, similiter uene et non a corde.

Propterea mota radice, mouentur rami, et non e contrario, ergo, si uene essent a corde, in toto corde mouerentur uene, ergo omnes uene essent pulsátiles. Hoc autem est falsum, ergo primum ex quo sequitur. Sed uene sunt a corde uel ab epate, non sunt a corde ut ostensum est, ergo sunt ab epate. 95

Propterea arterie deseruiunt uirtuti uitali, uene autem uirtuti naturali. Sed arterie habent ortum a corde, ubi uiget uirtus uitalis, ergo uene habebunt ortum ab epate ubi uiget uirtus naturalis.

Propterea dicit Ysaac, quod uene sunt in epate sicut gramen in cespite, †Galenus ...asson† et radix arboris in terra. Radices enim arboris quanto plus 100 elongantur a trunco et sparguntur intus terram, magis agracilantur et radices graminis similiter in cespite sunt subtiles et ingrossantur quanto magis elongantur a cespite in quo oriuntur. Sed uene subtilissime sunt in epate, et quanto magis uadunt uersus cor, ingrossantur. Ergo ortus uenarum est in epate, sicut graminis in cespite et radicis arboris in terra, ergo uene non oriuntur a corde. 105



Propterea propter eandem operationem est epar et uene, nam epar est ad digerendum et similiter uene. Ponit enim Auicenna quattuor digestiuas: prima in stomacho, secunda in epate, tertia in uenis, quarta in omnibus membris. Si ergo uene sunt ad ulterius digerendum sanguinem digestum in epate, manifestum est  
110 quod uene oriuntur ab epate et non a corde.

Iusta hoc queritur de controuersia philosophi ad medicos, Ysaac et ad alios medicos. Ponit enim philosophus ortum uenarum a corde, omnes autem medici praeter Ysaac, ab apate. Ysaac autem ponit ortum uenarum a cerebro.

Ad hoc dicendum quod Auicenna concordat philosophum medico, dicit  
115 enim quod aliquid oritur ab alio dupliciter aut secundum /261rb/ uirtutem, et radicaliter, sicut omnia bona fluunt a bono a primo, et sic uene oriuntur a corde. Virtus enim cordis est principium radicale omnium membrorum corporis, et sic loquitur philosophus. Alio modo, aliquid oritur ab alio immediate secundum rem sicut gramen a cespite, et hoc modo uene oriuntur ab epate, et sic loquitur medicus.  
120 Et hoc modo non est contradictio inter philosophum et medicum, quia diuersis respectibus utrumque uerum dixit. Ysaac autem respexit quod nerui oriuntur a cerebro, et uene eiusdem compositionis sunt cum neruis, et propter hoc ponit ortum uenarum a cerebro. Quia autem uene oriuntur ab epate, Auicenna probat sic: dicit enim quod sermo philosophi facit curare medicos. Si enim passio sit in corde,  
125 apponas emplastrum supra uenas. Nichil operatur, nec si sit morbus in uena, emplastrum positum supra cor ualet aliquod, sed positum supra epar ualet, et hoc excludit Auicenna, quod uene oriuntur ab epate et non a corde, quod concedo intelligendo sicut dictum est.

Ad primum in contrarium dicendum quod aliqua terminantur ad aliquid  
130 sicut ad principium a quo oriuntur, et sic ad mare terminantur aque omnes, et uene

---

106. eadem *M*

129 quodem *expunctuatum*; quod *mg.*;

ad epar, et mare est principium aquarum, et epar uenarum. Sed uene terminantur ad cor, sicut radices ad truncum, radices enim oriuntur a terra, sed terminantur ad truncum, similiter uene ab epate oriuntur et terminantur ad cor.

Ad secundum dicendum quod cor non habet uenas, neque sanguinem per se, sed per accidens. Vene enim oriuntur ab epate et terminantur ad cor, et sanguis 135 generatur in epate et conseruatur in corde, sed tamen ibi mititur ab epate.

Ad tertium dicendum quod uene sunt eiusdem compositionis cum corde, utrumque tamen frigidum est et siccum, sed propter diuersos fines, nam cor fuit melancholicum, ut essent solide substantie et non disolueretur per motum continuum. Vene autem similiter sunt melancholice, ut sint aliquantulum solide ad 140 conseruandum sanguinem et retinendum, et sic plus conueniunt in fine cum epate quam cum corde, quia in epate generatur sanguis et non in corde.

Iusta hec queritur quare secundum philosophum, uena oritur in dextra parte cordis. Arteria autem in sinistra.

Et quare arteria habet duas tunicas. Vena autem unam habet tunicam solum. 145

Et quare uena que dirigitur a corde ad pulmonem est composita ex natura uene et arterie, unde dicitur uena arterialis, alie autem uene non.

Ad primum dicendum quod uene sunt ad deferendum sanguinem qui generatur in epate, et quia epar est in dextra parte corporis, propter hoc uene oriuntur in dextra parte cordis, et quia uene oriuntur in dextra, oportuit arterias oriri 150 in sinistra.

Ad secundum dicendum quod uene deferunt sanguinem quod est quid grossum. Sed arterie deferunt spiritum et calorem et retinent in aerem, et quodlibet istorum est ualde subtile et penetratiuum. Et propter hoc, ut ista bene possent retineri, ne penetrarent, habuerunt duas tunicas interiorem scilicet et exteriorem. 155 Sed uene non indigent nisi unica, quia continent sanguinem qui non est ita subtilis, penetratiuus.

---

132. tn *expunctuatum*

137. quartum *M*; tertium *add.*

Ad tertium dicendum quod uena que deriuatur a corde ad pulmonem, defert sanguinem ad pulmonem ut nutriatur et propter hoc habet naturam uene.

160 Iterum per eandem uenam transmittit pulmo aerem cordi ad euertandum calorem innatum, et propter hoc habet naturam arterie.

### **Questio tertia**

#### ***Caro uero et sibi simile, et cetera.***

Hic restant duo querere.

Primum erit de neruis.

Secundum de pilis.

5

Circa primum queruntur quattuor.

Primum est de origine neruorum. Secundum est de operatione sensitiuorum ad motiuos in numero.

Tertium est de compositione neruorum.

Quartum est de complexione.

10

1. Circa primum sic dicit philosophus: quod caro uel aliquid latens sub carne, scilicet neruus, est instrumentum tactus, sed tactus et gustus radicaliter sunt in corde, ergo nerui oriuntur a corde.

Propterea nerui sunt medium in sentiendo, quia oriuntur ab illo membro quod est ualde sensibile, huius est cor et non cerebrum, quia cerebrum non sentit, ergo nerui oriuntur a corde et non a cerebro.

Propterea hoc dicit philosophus, ergo uerum est.

In contrarium sunt omnes medici.

Propterea nerui omnes aut sunt sensitiui aut motiui. Sed cerebrum est principium sensus et motus, ergo omnes nerui oriuntur a cerebro, preterea nerui oriuntur a nucha, sed nucha oritur a cerebro, ergo et cetera.

---

1. questio tertia *mg.*

8. motiuos *M*

Ad hoc dicendum, sicut dictum est de uenis, quod radicaliter secundum uirtutem. Virtus cordis est principium omnium neruorum et uenarum, et sic loquitur philosophus, tamen secundum rem et materialiter, ortus neruorum est a cerebro, uenarum ab epate, arteriarum a corde.

Ad primum in contrarium dicendum quod tactus et gustus radicaliter sunt in corde, tamquam in principio primo, tamen tactus est in carne tamquam in principio proximo, et gustus in lingua, et, sicut gustus et tactus radicaliter sunt in corde, similiter nerui, sed tamen tamquam a principio proximo, sunt a cerebro. Notandum quod philosophus ponit tactum et gustum in corde, quia ad idem finaliter ordinantur sicut cor: cor enim est propter uitam, et tactus et gustus propter eius conseruationem, tactus propter conseruationem ab exteriori nocumento, gustus propter conseruationem a nocumento interiori.

Ad secundum dicendum quod cerebrum est insensibile quia est principium sensus, sicut oculus est non oculorum, quia est principium uisus, et humidum siliuale est insipidum, quia est principium gustus, et propter hoc, quia est principium sensus, nerui oriuntur ab ipso qui sunt medium in sentiendo.

**2.** Circa secundum sic: nerui oriuntur a cerebro. Sed in parte anteriori plus est de cerebro quam in parte posteriori, ergo plures sunt nerui in parte anteriori quam in parte posteriori. Sed anteriores sunt sensitiui, posteriores sunt motiui, ergo plures sunt sensitiui quam motiui.

Propterea sensitiui deseruiunt uirtuti apprehensiue, motiui uero uirtuti motiue. Sed plures sunt uirtutes apprehensiue quam motiue, ergo plures sunt sensitiui quam motiui.

Contrarium dicunt Haly et Galenus, quia plures nerui oriuntur in parte posteriori quam in anteriori, sed anteriores sunt sensitiui, posteriores sunt motiui, ergo plures sunt motiui quam sensitiui.

Propterea hoc probat Galenus in libro *Interiorum*, quia nerui motiui sunt in agendo, sensitiui in patiendo et plura media reoriuntur in agendo, quam in patiendo, ergo plures sunt nerui motiui quam sensitiui, quod concedo.

Ad primum in contrarium dicendum quod nerui non oriuntur in medietate a cerebro, sed mediantibus telis ipsius /261ua/ cerebri. Dico ergo quod nerui posteriores ramificantur per totum corpus usque ad extremitates pedum. Nerui anteriores per membra faciei usque ad radicem lingue, et propter hoc necesse est ut sint plures motiui quam sensitiui. Et per hoc patet solutio ad secundum. 55

3. Circa tertium sic queritur quare membra que sunt medium in uirtute naturali et uitali, sint concaua, sicut uene et arterie, sed membra que sunt medium in uirtute animali non sint nerui.

Et quare inter neruos neruus obtiquus est concauus.

Ad primum dicendum quod uene deferunt sanguinem grossum. Similiter 60 arterie deferunt sanguinem subtilem et spiritus uitales, et sunt medium hatrahendi aera et expelendi. Et propter hoc et uene et arterie fuerunt concaue. Sed nerui sunt instrumentum uirtutis animalis, medium autem in uirtute animali est spiritus clarus, peruius et subtilis. Et propter hoc lux, sicut transit corpora solida in radiando, sicut lux solis transit per uitrum, similiter spiritus animalis transit per neruum licet sit 65 solidum. Sed sufficit solum quod sit clarus et peruius.

Ad secundum dicendum quod spiritus in magna habundantia ueniunt ad oculos, nam oculus spiritus uisibiles transmittit extra, et quia maior erat deperditio spirituum in uisu quam in aliis sensibus, oportuit neruum obtiquum, qui est instrumentum uisus, esse concauum, ut in magna habundantia possent uenire 70 spiritus uisibiles ad oculos.

4. Circa quartum sic dicit Auicenna in littera, quod circa neruos est quedam humiditas uiscosa ex qua nutriuntur et generantur. Sed omnis uiscositas attribuitur flegmatici. Dicit enim Auicenna quod sanguis nocet propter sui multitudinem, cholera propter sui caliditatem, melancholia propter sui substantiam, flegma 75 propter uiscositatem, ergo nerui sunt flegmatici.

Propterea Galenus dicit in *Megategni* quod uulnera neruorum non debent abluui aqua calida sed uino, quia aqua calida dissolueret substantiam neruorum, quia neruus idem est quod flegma coagulatum, ergo nerui sunt flegmatici.

80 Propterea dicit Galenus quod orta a principio atestantur principio, sed cerebrum, a quo oriuntur nerui est flegmaticum, ergo nerui sunt flegmatici.

In contrarium est philosophus qui dicit quod nerui sunt terrestres substantie, sicut ossa et pili, et hoc idem uolunt auctores medicine.

Ad hoc dicendum quod nerui quantum ad sui compositionem sunt  
85 melancholici, quia sunt solidis compositionis et dure, tamen ratione materie, ex qua componuntur, sunt flegmatici. Neruus enim nihil aliud est quam flegma coagulatum. Hac uia egritudines flegmatice properant ad ipsos, sicut appoplexia, spasmus et huius. Oportuit autem materiam neruorum esse flegmaticam quia nerui debent esse peruii et clari, ut per ipsos possit transire spiritus animalis. Et propter  
90 hoc oportuit ut essent ex humore claro, peruio, sicut cerebrum, scilicet ex flegmate. Si enim essent ex melancholia, essent nigri et obscuri et impediretur inradiatio spirituum, quia medium in uirtute animali est lux exterior uel interior, et hoc potest confirmari per simile. Dicit enim Rasys uel Haly in *Dispositione regali* quod anser ratione complexionis est boni nutrimenti, est enim calidus et humidus, tamen  
95 ratione substantie est pessimi nutrimenti, est enim grosse et compacte substantie, et generat grossos humores et indignos. E contrario est de perdice, est enim mali nutrimenti ratione complexionis, quia est melancholica, tamen ratione substantie est boni nutrimenti, quia habet substantiam raram et bene digestibilem, et generat meliorem sanguinem aliis preter carnem galinaceam. Similiter dico quod nerui  
100 ratione materie, ex qua componuntur, sunt flegmatici, sed ratione compositionis sunt melancholici. Et propter hoc patet solutio ad argumenta.

Iusta hec queritur de controuersia medici et philosophi, ad se ipsum. Philosophus enim dicit in secundo *De anima*, quod ossibus et neruis nihil sentimus. Alibi autem dicit quod neruus est medium in tangendo. Et similiter medici dicunt  
105 quod neruus est medium in sentiendo.

Ad hoc dicendum quod quidam sunt nerui ad sentiendum et mouendum, et omnes isti sunt sensibiles. Quidam nerui sunt ad coniungendum partes, sicut neruus

---

80. quod *add.*; 100. componuntur *add.*

qui uocatur tenantos et iunget uertebrum cum scia et tales nerui sunt insensibiles, si enim haberent sensum, animal esset in continuo dolore, quia isti nerui sunt in iuncturis et continue mouentur. Et de istis neruis loquitur philosophus, cum dicit 110 quod ossibus et neruis nihil sentimus.

5. Circa secundum principale duo queruntur.

Primum est de pilis.

Secundum est de partibus similibus pilis.

Circa primum queritur quare in prima natiuitate animalia pilosa tota 115 reguntur pilis. Homo uero nascitur nudus pilis preter quam in capite.

Et quare capilli usque in finem uite augmentantur in continuum, sed post iuuentutem diminuuntur in discretum.

Et quare capilli plus augmentantur in homine quam in muliere.

Et quare pili plus sunt circa oculos, in palpebris et sunt ciliis, quam circa 120 aliud organum sensuum.

Et quare pili barbe crescunt in senectute plus quam alii pili. Et quare pili in barba et in pectine et in subascelis non crescunt in principio natiuitatis, sed in adolescentia et post.

Ad primum dicendum quod, sicut dicit Galenus, nos sumus creati in ultimo 125 siue in fine limositatis et humiditatis. Vnde in terra, sicut paludosa, non crescunt herbe propter nimiam humiditatem, similiter in homine, sed in aliis crescunt. Secunda causa est a parte finis, quia tactus est in homine discretissimus, et si homo esset rectus pilis, pili impedirent tactum, et propter hoc non habuit pilos nisi in capite. Sed in capite habuit, quia caput continet cerebrum quod est ualde passibile 130 et est expositum noccumentis exterioribus et propter hoc ad conseruationem cerebri, quod est membrum principale, natura ingeniauit pilos in capite. Tertia causa est, quia capud est celum totius corporis. Vnde omnes uapores totius corporis eleuantur ad cerebrum, et ex uaporibus eleuatis generantur pili. Et propter hoc in cerebro plus generantur pili quam in alio membro. Quarta causa est, quia fumi 135

---

111. quod *add.*



grossi et melancholici eleuantur ad cerebrum et maxime cerebrum repudiant melancholiam, cum sit clarum et peruium, melancholia autem obscuratur, et propter illos fumos melancholicos expellit ad superfitem capitis, et ex illis generantur pili.

Ad secundum dicendum quod capilli multiplicantur per fortitudinem uirtutis  
140 et habundantiam monstruose humiditatis. Et quia post iuuentutem debilitatur homo, et minus elongatur homo ab humiditate mistura, et propter hoc diminuuntur capilli in discretum. Sed augmentatur in continuum quia pilli augmentantur ex continua delongatione fumorum melancholicorum ad capud, et isti fumi plus habundant in iuuentute quam in senectute.

145 Ad tertium dicendum quod humiditas in mulieribus impedit augmentum capillorum, uel possumus dicere quod si inclinarentur capilli in mulieribus, sicut in homine, uideremus eos manifeste crescere in mulieribus, sicut in hominibus.

Ad quartum dicendum quod multitudo /261ub/ spirituum est in oculis, et propter hoc ad congregationem spirituum, quia magnum congregat, fuerunt ibi pili  
150 circa oculos, in superciliis et palpebris. Secunda causa est, quia oculi sunt emunctoria melancholie, pili autem generantur ex materia melancholica.

Tertia causa est, quia oculi multum habent de natura cerebri, et propter hoc, sicut cerebrum repudiat melancholiam, similiter oculi, et expellunt ipsam ad superfitem et generantur pili supra oculos.

155 Ad quintum dicendum quod in senectute propter duritiem cutis uapores eleuati ad cerebrum non possunt transire ut generentur capilli, sed reflectuntur ad fauces et generant barbam. Et propter hoc in senectute plus crescunt pili barbe quam alii.

Ad sextum dicendum quod pili in barba ueniunt ex reflectione caloris a  
160 testiculos. Pili uero subascelis ueniunt ex insuflatione cordis ad illum locum. Pili in pectine ex insuflatione epatis ad illum locum. In subascelis enim est emunctorium cordis, et in pectine emunctorium epatis. Et propter hoc in adolescentia tamen, iam

---

159. ad M

calor est ita fortis quam uincit humiditatem multum et resoluit materiam superfluum a membris ad sua emunctoria, crescunt huius pili et non ante.

6. Circa secundum huius queritur quare in homine uariantur pili a parte 165  
etatis, et non plume in auibus, nec pili in aliis animalibus.

Quare pili in ouibus sunt lenes in aliis animalibus non sic.

Et quare pili, si incidantur, regenerantur, et non plume.

Et quare melior lana crescit in regione frigida quam in calida.

Ad primum dicendum quod plume in auibus et pili in aliis animalibus magis 170  
sunt necessari et magis ad omne quam pili in homine. Et propter hoc in aliis  
animalibus pili non uariantur, nec plume in auibus, nisi in illis que mutant regiones,  
sicut grues et yrundines, et hoc attrahit eis propter diuersitatem nutrimenti.

Ad secundum dicendum quod ouis calida est et humida et habet sanguinem  
temperatum, et propter hoc eius pili sunt leui, non asperi, sicut in aliis animalibus. 175  
Quia ergo ouis est calida et humida, ratione humiditatis parum potat, et propter hoc  
eius potus plus tinget lanam in ouibus quam pilos in aliis animalibus. Et hoc est  
quia lana eius est de materia molli et passibili, et hoc sit maxime in generatione, ut  
si ouis bibat potum rubeum, et postea generet, generabit agnum rubeum. Et hoc est  
quia humor inrorans membra descendit cum spermate, ut faciat penetrare sperma 180  
ipsum, et propter hoc tingit sperma suo colore per sequens fetum.

Ad tertium dicendum quod plume plus sunt deesse auium, quam pili deesse  
animalium. Plume enim sunt in auibus ad defendendum corpus a noccentis  
exterioribus, sicut pili sunt in animalibus et ultra. Sed plume sunt in auibus ut  
possint substinere in aere et uolare. Et propter hoc, sicut pili generati ex sanguine 185  
menstruo non regenerantur, similiter plume abscisse non regenerantur. Secunda  
causa est quia plume augmentantur in longum et in latum, pili uero solum in  
longum, et propter hoc plus de materia requeritur ad generationem plumarum quam  
pillorum. Et propter hoc pilli abscisi regenerantur et non plume. Ad ultimum

---

167. Quare pili in ouibus sunt lenes in aliis animalibus non sic *in inferiori margine*

176. l- *expunctuatum*

190 dicendum quod Ysaac dicit quod animalia, cuius carnes sunt bone, superfluitates  
sunt male, et quorum carnes sunt male, superfluitates sunt bone, ut caro caprina  
peior est quam bouina, et tamen lac caprinum est melius quam uacinum. Et propter  
hoc quia in regione calida sunt bone carnes, cum sint ibi bona pascua et multum  
habeant de nutrimento eorum superfluitas est mala, lana autem est de genere  
195 superfluitatum. E contrario autem est in regione frigida, quod carnes sunt male,  
quia parum habent de nutrimento et superfluitates bone, ergo et cetera.

## LIBER IV

### Questio prima

#### *Iam diximus dispositionem animalis habentis sanguinem et cetera.*

Hic restat querere de sanguine et primo de eius necessitate.

Secundo de eius comparatione ad alios humores.

1. Circa primum, sicut dicit philosophus in secundo *De generatione*, ex 5  
eisdem sumus et nutrimur, ergo cum animalia sunt ex spermate, omnia animalia ex  
spermate nutriuntur, ergo sanguis non erit necessarius animalibus.

Propterea dicit auctor in littera quod sanguis est principium corruptionis,  
nam omne corpus sanguineum putrescit, sed idem non est principium oppositorum,  
ergo sanguis inutilis ad conseruationem corporis. 10

Propterea philosophus arguit sic in decimo: si testiculi essent deesse in  
animalibus omnibus generantibus sed non sunt in omnibus animalibus  
generantibus, ergo sunt de bene esse et non deesse. A simili non in omnibus  
animalibus est sanguis, ergo sanguis non est deesse animalis.

Contrarium dicit auctor in littera, quod sanguis est magis necessarius inter 15  
alios humores.

Propterea solum dulce nutrit sicut dicit philosophus in libro *De sensu et  
sensato*, sed sanguis est dulcis, ergo sanguis nutrit.

---

1. questio prima *mg.*

Propterea uita stat per calidum et humidum, sed sanguis est calidus et  
20 humidus, ergo est conseruatiuus uite, ergo sanguis est necessarius.

2. Circa secundum sic: natura nihil facit frustra, sicut dicit philosophus in multis locis, sed natura generat quattuor humores in epate, ergo quilibet humor nutrit, quia, si solus sanguis nutriret, alii humores essent frustra.

Propterea dicit Serapio quod duplex est colera et melancholia, est enim  
25 quedam iuuatiua et quedam neccessaria. Colera iuuatiua ponitur in cistifelis melancholia autem in splene. Sed melancholia, que est neccessaria currit cum sanguine ad nutriendum membra melancholica, calida ad nutriendum membra melancholica, ergo isti humores nutriunt, constat quod omnes alii.

Propterea nutrimentum est ad restaurationem deperditi. Sed quilibet humor  
30 in corpore deperditur, ergo quilibet humor restauratur, ergo quilibet humor nutrit.

Contra dicit Galenus quod solus sanguis nutrit.

Propterea attractiua uirtus non hatrahit nisi dulce. Sed digestiua non digerit nisi quod atrahit attractiua, ergo solum dulce nutrit, sed solus sanguis est dulcis, ergo solus sanguis nutrit.

35 Iusta hoc queritur quare sunt quedam humiditates in corpore liquide et extra coagulantur sicut sanguis, sperma autem in corpore coagulatum et extra corpus liquor fit a frigore.

Et queritur quare sanguis cuiuslibet animalis coagulatur preterquam in animalibus melancholicis, ut in ceruo et in lepore.

40 Ad primum istorum dicendum quod animal medium est inter plantam et hominem, sed quedam animalia magis attendunt ad naturam plante quam hominis, sicut animalia uilia, de quibus est presens lectio et in talibus non est sanguis, quia non habent epar, nec cor, nisi modicum. Sunt etiam quedam que plus accedunt ad naturam hominis quam plante, ut animalia nobilia, ut equus, porcus. Et hec  
45 animalia que sunt quasi in medio, nec accedunt plus ad unum quam ad alium, huius

---

36. sanguis *mg.*

autem sunt pisces et serpentes, et ista animalia habent sanguinem sed paruum. Dico ergo quod sanguis in animalibus nobilibus est necessarius.

Ad argumentum, solum dulce nutrit †h...enem† quia probat omne animal habere sanguinem, et dicendum quod omnia animalia habent sanguinem uel aliquid loco sanguinis. Vnde animalia que non habent sanguinem, nutriuntur aliqua humiditate dulci loco sanguinis. 50

Ad primum in contrarium dicendum quod eisdem sumus et nutrimur, /262ra/ †uerum† est mediate, sed non immediate, ex mistis enim sumus et ex mistis nutrimur. Set expermate sumus immediate, tamen expermate non nutrimur.

Ad secundum dicendum sanguis, temperatus est principium conseruationis, sed sanguis excidens temperamentum est principium corruptionis. 55

Ad tertium dicendum quod testiculi non sunt deesse nec in animalibus nobilibus et in illis sunt necessari ad generandum, sicut lingua ad gustandum. Similiter dico quod sanguis in animalibus uilibus non est necessarius, sed in animalibus uolatilibus est necessarius. 60

Ad secundum quesitum dicendum quod omnes humores nutriunt sicut probant rationes.

Ad primum autem in contrarium dicendum quod solus sanguis nutrit et hoc multipliciter habet exponi. Vno modo sic: solus sanguis nutrit, id est sanguis et non alius humor, et sic est impossibilis, nec est *De intellectu* Galeni. Alio modo sic: solus sanguis nutrit, id est, sanguis per se nutrit sine aliquo alio humore quod non fatiunt alii humores et sic est uera et *De intellectu* Galeni. 65

Ad secundum dicendum quod attractiua hattrait dulce, sed in illo dulci sunt omnes humores in potentia, sicut hamus in esca et esca in hamo. In quolibet enim cibo sunt quattuor elementa et ex hiis generantur humores tamquam quattuor filii, ita quod ex aere sanguis, ex igne colera, ex aqua flegma, ex terra melancholia. 70

Ad illud autem quod postea querebatur dicendum quod quedam humiditates in corpore sunt liquide per commistionem partium subtilium, ut sanguis per

---

67. ho- *expunctuatum*

75 conmistionem aquositatis, et propter hoc sanguis extra corpus coagulatur, quia  
partes grosse resident in fundo et aquositas sequestratur et super natat. Sperma  
autem generatur ex materia liquida, sed coagulatur per uirtute digestiuam. Tertia  
enim digestio procedit coagulando, sperma enim est ex residuo nutrimenti, et  
propter hoc in corpore est coagulatum, quia est in propinqua dispositione ad hoc  
quod conuertatur, et quia in corpore coagulatur a calido, quando est extra corpus,  
80 dissoluitur a frigido.

Ad aliud dicendum quod quedam est coagulatio que fit per condensationem  
partium in id ipsum, et sic coagulatur aqua in glatiem, et hec coagulatio est in  
sanguine omni. Est et alia coagulatio que fit per consequentationem liquidi grosso,  
et sic coagulatur sanguis per sequestrationem aquositatis, quia ergo in sanguine  
85 melancholico non est aquositas cum sit frigus et siccus, et propter hoc sanguis in  
ceruo et lepore non coagulatur, et in aliis animalibus melancholicis non potest  
coagulari. Alii soluunt quod sanguis melancholicus non potest coagulari, quia ibi  
non sunt fila, et fila in sanguine, secundum philosophum, sunt principium  
coagulationis. In sanguine uero melancholico non sunt fila, quia fila fiunt ex  
90 sanguine subtili bene digesto. Sed sanguis melancholicus est grossus et indigestus,  
et propter hoc non potest coagulari.

---

88. sunt *mg.*

## **Questio secunda**

### ***Modo uero uolumus narrare dispositionem animalium et cetera.***

Hic restant duo querenda.

Primum est de sanguine.

Secundum est de animalibus sanguine carentibus. 5

Circa primum queritur primo utrum sanguis sit principium conseruationis, uel corruptionis.

Secundo in quo sexu plus habundat sanguis.

Tertio in qua habitudine.

Quarto quare sanguis fluens ex uulnere est bonum signum. 10

Quinto quare carnes iusta ossa cito putre fiunt.

1. Circa primum sic dicit philosophus in quarto *Metheorum*: quod quedam est corruptio accidentalis, et hec est combustio, et huius finis est cinis. Quedam est naturalis, et hec est putrefatio, et huius finis est puluis. Sed putrefactio per calidum et humidum, ut dicit philosophus, ergo sanguis, qui est calidus et humidus, est principium corruptionis. 15

Propterea dicit Galenus quod corpora calida et humida cito †chachechinus† consumuntur, ergo sanguis, cum sit calidus et humidus, principium est putrefactionis et corruptionis.

Contrarium autem dicit philosophus quod sanguis est principium uite et conseruationis in habentibus sanguinem. 20

Propterea Haly ponit complexionem sanguineam primam in longitudine uite, ergo sanguis est principium conseruationis.

---

1. questio secunda *mg.*



Ad hoc dicendum quod peccatum potest esse in substantia humoris uel in  
25 quantitate uel in qualitate. In substantia, ut quando sanguis transsit in uenenum, et  
hoc minime attrahit sanguini inter alios humores. In quantitate uero in synocha  
quando sanguis nocet sua quantitate, et hoc plus attrahit sanguini inter alios  
humores. Quia dicit Serapion quod humores sunt in corpore a proportione, quod si  
sunt due libre melancholie, erunt quattuor libre colere et octo flegmatis et sexdecim  
30 sanguinis. Aut est peccatum in qualitate, et hoc modo sanguis citius putrescit quam  
alii humores. Sanguis ergo quantum est de se, cito putrefit. Sed tamen, quia natura  
magis est sollicita circa sanguinem quam circa alios humores, minus corrumpitur  
sanguis quam alii humores. Et notandum quod duplex est corruptio: una  
particularis, sicut in apostemate, et hoc peccatum cito corrigitur a natura. Quedam  
35 est corruptio uniuersalis, ut si corrumpitur sanguis uniuersaliter in toto corpore,  
tunc est sanguis hodibilis nature. Dicit enim Ysaac quod sicut sanguis a natura plus  
diligitur quando est sub regimine nature.

Ad primum argumentum dicendum quod sanguis in debita quantitate et  
qualitate est principium conseruationis sed si excedat, est principium corruptionis.  
40 Et notandum quod calidum et humidum accidentale est principium putrefactionis,  
non autem calidum et humidum essenziale uel naturale.

Ad aliud dicendum quod, loquendo de morte naturali que fit per  
consumptionem humidi sanguinis, complexio est longioris uite quam alie. Sed  
loquendo de morte accidentali, quia sanguis per accidens cito putrescit, est  
45 principium uite uel uelocis corruptionis.

2. Circa secundum sic dicit philosophus: quod quanto ad plus habet de  
forma, ergo minus habet de materia. Sed masculus plus habet de forma uite quam  
femina, ergo minus habet de materia. Sed materia uite est sanguis, ergo plus  
sanguis habundat in feminis.

---

47. uite quam femina *expunctuatum*

Propterea natura in mulieribus continue emanat sanguinem per fluxum 50  
menstruorum. Sed ubi est euacuatio, ibi fuit repletio, ergo plus est de sanguine in  
mulieribus quam in uiris.

Propterea dicit philosophus quod sanguis plus habundat interius in  
mulieribus minus quam exterius. In uiris est e contrario, ergo cum multo plus de  
sanguine in interioribus quam exterioribus, plus habundabit sanguis in mulieribus 55  
quam in uiris.

Contra dicit philosophus quod animalia que multum habent /262rb/ de  
sanguine plus habent de spermate ut homo quam alia animalia. Sed uir plus habet  
de sanguine, quod est sperma, quam mulier, ergo sanguis plus habundat in uiris  
quam in mulieribus. 60

Propterea dicit philosophus quod femina est uir occasionatus, ergo plus  
excedit a temperamento quam uir ergo sanguis maxime accedit ad temperamentum,  
ergo minus est de sanguine in mulieribus quam in uiris.

Ad hoc dicendum quod quidam est sanguis digestus, et hic plus habundat in  
uiris, quidam autem est sanguis aquosus et indigestus, et hic plus habundat in 65  
mulieribus, sicut sperma grandinosum et digestum plus habundat in uiris, sperma  
aquosum plus habundat in mulieribus.

Ad primum in contrarium dicendum quod forma aut accipitur respectu sue  
materie aut non, siue tunc unumquodque quanto plus habet de forma, minus habet  
de materia, sicut leuia plus habent de forma et minus de materia quam grauia, sed si 70  
summa forma respectu materie proprie quanto aliquid plus habet de forma, plus  
habet de materia, ut ignis plus habet de materia ignis quam aliud elementum,  
similiter uir, quia plus habet de forma uite quod femina plus habet de materia uite  
que est sanguis.

Ad secundum dicendum quod philosophus respondet et ad hanc questionem 75  
et dicit quod sanguis, qui euacuatur per menstrua, non est sanguis purus digestus, si

---

75. a M

sanguis aquosus quasi idem quod masa sanguinea et iste sine dubio plus habundat in mulieribus quam in uiris.

Ad tertium dicendum quod, cum dicit philosophus: quod femine plus  
80 habundant in sanguine interius, loquitur de sanguine aquoso et indigesto.

3. Circa tertium sic dicit philosophus quod pinguedo fit ex reliquiis sanguinis, ergo in pingui habitudine plus habundat sanguis.

Propterea dicit Ysaac quod omnis pinguedo calida est et humida, ergo in pingui habitudine plus habundat sanguis.

85 Dicit philosophus quod quanto plus habundat sanguis in animali, tanto minus est ibi de sanguine.

Propterea dicit Ysaac quod pinguedo causatur a frigido uel a calido remisso, sed sanguis est calidus et humidus, ergo in pingui habitudine non habundat sanguis.

Ad hoc dicendum quod ad generationem pinguedinis duo exiguntur, scilicet  
90 materia obediens, scilicet sanguis iuctuosus, et fortis digestionis uirtus. Pinguedo a parte materie habundat in corporibus flegmaticis et talis pinguedo est alba, sicut patet in lardo porcorum. Sed fortis uirtus in materiam operatur, ita quod conuertit iam in membra et etiam precauet a futuris et generat pinguedinem, ut in tempore neccessitatis inde nutriatur animal, et talis pinguedo est citrina, sicut patet in  
95 anseribus et galinis.

Ad primum argumentum dicendum quod in pinguedine que causatur a forti uirtute et est calida et humida, in illa habundat sanguis. Sed in pinguedine flegmatica non habundat sanguis, et sic loquitur philosophus, cum dicit ubi est pinguedo, minus est de sanguine, et Ysaac cum dicit quod pinguedo causatur a  
100 frigido uel a calido remisso. Quare sanguis fluens ex uulnere est bonum signum.

Ad hoc dicendum quod spiritus et sanguis sunt media uirtutis naturalis, et propter hoc cum fit uulnus in aliquo membro, transmittit ibi natura sanguinem, et fluit sanguis ex uulnere. Si autem non fluat, signum est quod natura ita delicata est,

---

100. quare sanguis fluens ex uulnere est bonum signum *mg.*; sanguine *expuctuatum*; quartum *expuctuatum*

quod iam non curat nisi de radice, et refugiunt sanguis et spiritus ad cor. Aut membrum est destinatum a regimine nature, et utrumque istorum est malum, et propter hoc quando fluit sanguis ex uulnere, est bonum signum. 105

Ad quintum dicendum quod quanto aliquid nutritur grossiori nutrimento, tanto illud, quod remanet ex nutrimento, est melius, ut lac capre quam ouis. Quia os, cum sit melancholicum, nutritur ex grosso nutrimento. Humiditas illa que remanet est subtilissima et purissima et est calida et humida, quia ossa extraxerunt substantiam grossam et terrestrem, et propter hoc ista humiditas est sapidissima et caro iusta. 110

Et per hoc patet solutio ad sextum, quia enim humiditas ista et caro etiam iusta ossa est calida et humida, et calidum et humidum disponit ad putrefactionem, et propter hoc caro iusta ossa cito putrescit. 115

Circa secundum principale.

Queritur primo de complexione istorum animalium.

Secundo utrum ista animalia habeant epar.

Tertio de impressionibus istorum animalium in corpus humanum.

4. Circa primum sic dicit Filaretus: continens immutat contentum ad suam crism, ergo cum tria genera istorum animalium habitent in mari, secuntur complexionem maris. Sed mare est calidum, cum sit salsum, ergo genus malachie, mollis teste, et dicitur teste sunt calida. 120

Item animalia anulosi corporis sunt calida, quia sunt uolatilia, sicut sunt musce et apes, et omne uolatile est calidum, sicut dicit philosophus. Et Ysaac dicit quod in uolatilibus dominantur infima, leuia. 125

Et propterea dicit Auicenna in capitulo *De uenenis* quod uenenum aranee et scorpionis sunt calida.

Contra dicit philosophus quod illa animalia, que non habent sanguinem, sunt frigida. Hec animalia anulosi corporis sunt huius, ergo sunt frigida. 130

---

114. est *M*; et *add.*

Propterea dicit philosophus quod habere pulmonem est terminus discretius caliditatis, sed hec animalia non habent pulmonem, ergo sunt frigida.

Ad hoc dicendum quod quedam complexio est generis, ut omne uiuens a dominio est calidum et humidum. Quedam est complexio speciei, ut omnis leo  
135 colericus et omnis porcus flegmaticus. Quedam est complexio indiuidui, et hec est materialis aut formalis, sicut latuca formaliter, in quantum uiuit, est calida, in quantum non uiuit, siue materialiter, est frigida. Dico ergo quod loquendo de complexione generis, hec animalia sunt calida et humida. Loquendo autem de complexione speciei sunt frigida, cum non habeant sanguinem.

140 Loquendo de complexione indiuidui, quedam sunt calida ut apes, quedam frigida, ut aranea.

Ad primum argumentum dicendum quodlibet mare essentialiter sit calidum, quia salsum, tamen actu est frigidum. Et sic animalia, que ibi habitant, sunt frigida. Vel dicamus quod est aqua dulcis, testante hoc philosopho, et inde nutriuntur  
145 animalia marina, et non ex aqua salsa.

Ad secundum dicendum quod uolatilia ex istis respectu non uolatum sunt calida, tamen simpliciter sunt frigida, cum non habeant sanguinem.

Ad tertium dicendum quod uenenum apis calidum est de complexione materiali, tamen apis formaliter, quia non habet sanguinem, est animal frigidum.

150 **5.** Circa secundum sic: in habentibus ordinem, tertium supponit secundum, ergo cum in istis animalibus sit tertia digestiua erit ibi secunda, ergo habent epar, quod est principium secunde digestiue.

Contra epar est sanguis coagulatus. Hec animalia non habent sanguinem, ergo non habent epar, quod concedo.

155 Ad primum in contrarium dicendum quod sicut in planta est secunda et tertia digestio et non prima, prima enim est in uisceribus terre, similiter in hiis animalibus est prima digestio et tertia, et non secunda. Sed est aliquid loco eius siue huius, sunt enim ibi quedam uene siue uie subtiles ubi digeritur nutrimentum,

loco secunde digestionis. Et tu obicis in habentibus ordinem, tertium supponit secundum. Verum est in illis que perfecte modo ordinantur. 160

6. Circa tertium queritur quare quartum genus istorum animalium est uenenum et non alia tria.

Et quare nutrimentum apium, id est fatalis, non est uenenum, cum apes sint uenenum.

Ad primum dicendum quod uita stat per calidum /262ua/ et humidum, et 165 maxime in homine qui est calidior aliis. Et propter hoc, cum ista animalia sint frigida, multum recedunt a natura humana, et contrariantur ei ita, quod sunt uenenum. Sed illa tria genera, que habitant in aqua, non sunt uenenum, duplici de causa: una est quia aqua mundificat et abstergit, et maxime mare, cum sit salsum, et propter hoc mundificat ista animalia a suis superfluitatibus ita, quod non sunt 170 uenena. Secunda causa est quia grossior humiditas eorum transit in testas et depuratur residuum ita, quod non est uenenum.

Ad ultimum dicendum quod fauus retinet naturam sue materie et non apium, et quia sua materia non est uenenum, fit enim ex ratione celesti et floribus. Et propter hoc fauus non est uenenum, sed est dulce ratione sue materie, sed ab 175 apibus accipit quodam accumen, et inde efficitur mel sicum. Et notandum quod animal dicitur anulosum, quia habet anulos in aliqua parte sui corporis, non quia ex se faciat anulum, sicut angula.

---

163. est *expunctuatum*; 177. corporis *add.*

### **Questio tertia**

***Hec est igitur dispositio sensuum in omnibus animalibus et cetera.***

Hic restat querere de uirtute sensitua, et primo de eius origine.

Secundo de eius medio.

5 Tertio de eius ramis.

1. Circa primum sic: spiritus sunt latores uirtutum, sed spiritus animales radicaliter sunt a corde quod ex uitalibus fiunt animales, ergo radix uirtutis animalis est in corde.

Propterea dicit Haly cum sint tres uirtutes, uitalis, naturalis et animalis,  
10 uitalis est sicut radix aliarum, sed uirtus uitalis est in corde, ergo cor est principium et radix uirtutis animalis.

Contrarium autem dicit Auicenna quod uirtus animalis est in cerebro.

Propterea uirtus uitalis actiua est, uirtus sensitua est passiuua, ergo, cum contraria non sint in eodem, ex quo uitalis est in corde, sensitua non erit in corde.

15 Propterea idem non dat esse et bene esse, anima enim in suo exitu imperfecta est quantum ad bene esse, sed postea perficitur uirtutibus sensitiuis. Sed cor dat esse, scilicet uitam, ergo, cum uirtus sensitua sit ad bene esse, non erit in corde.

Ad hoc dicendum quod uirtus sensitua est in corde tamquam a principio  
20 primo et remoto, a cerebro tamquam a principio proximo et immediato.

Ad primum argumentum dicendum quod sicut spiritus animales sunt a corde tamquam a principio remoto, similiter animalis uirtus.

---

1. questio tertia *mg.*

20. ad *M*

Ad secundum dicendum quod Haly intellegit quod uirtus uitalis est radix quia est principium. Vel dicamus, quod sine dubio uirtus animalis est a corde radicaliter tamquam a principio primo et remoto. 25

2. Circa secundum sic, sicut habuimus in primo libro, similiter est de mundo maiori et minori. Sed dicit philosophus in libro *De plantis* quod orbis stelatus est principium uite in istis superioribus mediante lumine et calore, ergo cum cerebrum sit in homine, sicut celum in maiori mundo, uidetur quod omnes operationes cerebri sint mediante lumine, ergo lux est medium in uirtute animali. 30

Propterea sic dicit philosophus in secundo *De anima* eadem est natura medii origini et obiecti. Sed organum uirtutis animalis, scilicet cerebrum, est peruium, clarum, ergo in uirtute animali medium est lux uel claritas siue paruietas, quod idem est. Propterea nerui in quantum flexibiles, sunt motiui, in quantum peruii et clari, sunt sensitiui, ergo in uirtute sensitiua medium est lumen. 35

Contra dicit philosophus quod tactus et gustus et olfatus secuntur complexionem. Tactus enim fit per temperamentum in complexione, aut uiget gustus per humidum, insipidus, olfatus, per calidum et siccum. Sed iste qualitates secuntur materiam que est principium obscuritatis et non luminis, ergo lux non est medium in uirtute animali. 40

Ad hoc dicendum quod operatio uirtutis animalis duplex est. Vna interior secundum quod a cerebro delegantur spiritus qui sunt latores uirtutum usque ad organa, et hec operatio est mediante luce, spiritus enim habent naturam lucis. Et est alia operatio exterior, ab organis usque ad obiecta, et ista in organo lucido sicut in oculo fit mediante luce, in aliis non. Tactus enim, gustus et olfatus secuntur 45 complexionem, sicut uisum est, et auditus fit per aerem connaturalem in auribus.

Ad primum dicendum argumentum quod operationes cerebri interiores fiunt mediante luce siue lumine, sed exteriores non.

Ad secundum dicendum quod, sicut dicit Auicenna in suo libro *De anima*, triplex est organum, mandans tantum sicut cerebrum, reccipiens tantum sicut 50

---

44. uirtutis *expunctuatum*



organa sensuum, mandans et recipiens sicut nerui. Dico ergo quod mandans organum et mandans et reccipiens habent naturam lucis et similiter medium scilicet spiritus donec ueniant ad organum reccipiens. Sed organum recipiens non habet naturam lucis nisi oculus, et similiter medium ab organo ad obiectum non habet  
55 naturam lucis nisi in oculo.

Per iam dicta patet solutio ad tertium. Lux enim est medium in operatione interiori, que fit per neruos in quantum sunt peruii. Sed in exteriori operatione non est medium.

Circa tertium duo queruntur. Primum est utrum omnes sensus quinque sint  
60 in quolibet animali.

Secundum est utrum pisces audiant.

**3.** Circa primum sic: homo communicat cum planta in uirtute naturali, cum brutis in uirtute sensitua, sed in animalibus sunt omnes uirtutes naturales, sicut in homine, scilicet, hatrere et retinere, digerere et expellere, gignire, ergo in omnibus  
65 brutis erunt omnes sensus sicut in homine.

Propterea motus sequitur sensum, sicut dicit Auicenna, sed in omnibus est motus, ergo in omnibus animalibus est sensus.

Contra dicit philosophus quod multa sunt animalia que non habent nisi tactum et gustum, ergo non omnes sensus sunt in omnibus animalibus.

70 Propterea olfatus, uisus, gustus, auditus uigent in capite, sed multa animalia sunt capita non habentia, sicut dicit philosophus, ergo omnes sensus non sunt in omnibus animalibus, quod concedo.

Ad primum in contrarium dicendum quod, sicut sunt quedam plante nobiles que generant ex semine et quedam uiles que non generant ex semine, sed ex  
75 pinguedine terre sicut salices, similiter sunt quedam bruta nobilia que generant sibi simile et habent omnes sensus, preter talpam, que amisit uisum per uiam accidentis, quia enim talpa uel ambulat in terra quod est elementum solidum et obscurum, ideo

---

61. um- *expunctuatum*

63. in planta *M*; in animalibus *add.*

68. non *M*

non habuit uisum, quam si haberet, esset sibi inutilis. Alia autem uilia non habent omnes sensus, quia non indigent cum non sint ad faciendum opera nobilia. Dico ergo quod homo communicat cum brutis. Verum est cum brutis perfectis et 80 nobilibus, et iste bruta habent omnes quinque sensus. Similiter homo in uirtute naturali communicat cum planta nobili, et hec planta habet omnes uirtutes naturales.

Ad secundum dicendum quod duplex est motus: quidam est motus dillationis et constrictionis, et hic est in omnibus animalibus, et iste motus 85 sequitur tactum et gustum tantum, ut propter delectabile exterius moueatur dillatando, propter inimicum constringendo sequitur gustum ut propter nutrimentum animale uirtus moueatur hatrendo, propter nutrimentum noccium moueatur expellendo, et quia iste motus est in omnibus animalibus propter hoc omnia animalia habent tactum et gustum. /262ub/ Sed quidam est motus 90 progressiuus, et iste sequitur uisum, auditum et olfactum, ut propter delectabile uisum uel auditum uel odoratum moueatur ad prosequendum, propter tristibile moueatur ad fugiedum. Et quia iste motus non est in omnibus animalibus et propter hoc isti tres sensus non sunt in omnibus animalibus.

4. Circa secundum huius, sic scribitur in libro *De anima*: quod sonantium 95 est expulsio eris continui usque ad aurem. Sed in piscibus non continuatur aer usque ad aures, quia impedit aqua, ergo pisces non audiunt.

Propterea sicut est sermo in hominibus, sic uox in animalibus. Sed ad priuationem sermonis sequitur priuatio auditus, omnes enim muti naturaliter sunt surdi, sicut dicit auctor in littera, ergo similiter ad priuationem uocis in animalibus 100 sequitur priuatio auditus. Sed pisces generaliter non habent uocem, ergo pisces non audiunt.

Contrarium autem probat philosophus per experimento. Dicit enim quod quidam pisces capiuntur et fiunt scothomatici propter sonum siue uocem terribilem.

---

87. sequitur *add.*; 95. sonantium *M*

105 Ad primum in contrarium dicendum quod dicit philosophus quod sonatium est expulsio aeris continui usque ad aurem, loquitur de animalibus que audiunt in aere, pisces autem audiunt in aqua, unde sicut animalia que inspirant et respirant aera, audiunt in aere, similiter pisces qui inspirant et respirant aquam per branchos, audiunt in aqua. Vnde sicut aer et aqua sunt medium in uidendo terram secundum  
110 magis et minus, similiter in audiendo.

Ad secundum dicendum quod, sicut sermo est in hominibus, similiter uox est in animalibus uocantibus, pisces autem non sunt de illis, et propter hoc tu uero obicis.

Propterea isto quod in piscibus sit uox, tamen non est simile, quia in homine  
115 propter eandem causam priuatur sermo et ad auditus. Sed propter remolitionem neruorum motiuorum in lingua, et nerui audibiles uel tympani aurium, quod idem est in auribus. Sed in piscibus defficit uox quia non habent pulmonem et ad istum defectum non sequitur defectus in auditu.

Iusta hoc queritur quare quecumque que perficiuntur ab anima intellectiua,  
120 habent omnes eius uirtutes, sed non quecumque perficiuntur ab anima sensitiua, habent omnes eius uirtutes.

Vna causa est quia solum intellectus est ab extrinseco, sicut dicit philosophus, et propter hoc eius uirtutes non depreudent a materia, et qua ratione est in uno, eadem ratione sunt in omnibus non sicut autem est de anima sensitiua  
125 cum sit alligata materie.

Secunda causa est quia omnia que perficiuntur ab anima intellectiua, sunt eadem in specie, et propter hoc easdem habent operationes et uirtutes. Sed illa que perficiuntur ab anima sensitiua, sunt diuersa in specie, et propter hoc non est necesse quod habeant easdem operationes et uirtutes.

### **Questio quarta**

#### ***Iam narrauimus dispositionem omnium membrorum animalium et cetera.***

Hic restat querere de uoce.

Et primo utrum uox sit a uirtute naturali uel animali.

Secundo utrum sermo in homine sit a natura uel ab arte.

5

Tertio utrum omnis uox sit significatiua.

Quarto utrum omnis uox sit litteratiua.

Quinto quare muti naturaliter sunt surdi, et non e contrario.

Et quare pueri sunt muti et non sunt sordi.

Et quare accidentaliter citius impeditur auditus quam loquela, et tunc ad priuationem loquela non sequitur priuatio auditus naturaliter aut accidit e contrario. 10

1. Circa primum sic dicit Haly: quod omnis motus qui fit per lacertos, est uoluntarius et animalis, sed motus uocis fit per lacertos, ergo uox est a uirtute animali.

Propterea dicit Haly quod uoluntarium siue id quod est a uoluntate, possumus accelerare uel retardare. Sed uox est huius, ergo uox est a uoluntate animali. 15

Propterea dicit Boetius *In diuisionibus* quod naturale est idem apud omnes, sed uox non est eadem apud omnes, ergo uox non est naturalis, sed a uirtute animali. 20

Contra illud est naturale cuius principia sunt naturalia, sed principia uocis sunt naturalia, ergo uox est a natura.

---

1. questio quarta *mg.*

Propterea dicit philosophus in secundo *De anima* quod loqui est a natura et recte loqui est ab arte, ergo uox est a natura.

25 Propterea lingua congruit in duo opera, in gustum et loquelam, sed gustus est a natura, gustabile enim appositum super linguam agit in linguam uellit, nolit, ergo similiter loqui est a natura.

2. Circa secundum sic dicit philosophus in littera: quod sermo est in hominibus sicut uox est in aliis animalibus. Sed uox in aliis animalibus est a natura,  
30 non ab arte, ergo sermo est a natura.

Propterea lingua congruit in duo sicut dictum est, in gustum et loquelam, sed gustus est a natura, ergo et loquela.

Contrarium dicit auctor in littera quod figura uocis non est naturalis nec locutio, sed secundum doctrinam doctentium, ergo sermo est ab arte.

35 Iusta hoc queritur quare de obiecto auditus potius est scientia quam de aliquo alio obiecto aliorum sensuum.

Ad primum dicendum quod natura dicitur multipliciter. Vno modo dicitur natura ex opposito contra uiolentum, et sic omne illud quod est a principio intra est naturale, et sic diffinitur a natura in secundo *Phisicorum*, sic natura est principium  
40 motus et status in eo in quo est per se, non secundum accidens. Alio modo dicitur natura idem quod anima uegetatiua, et hoc modo loquitur philosophus in libro *De anima* cum dicit quod omnium natura constantium, cuius est ratio magnitudinis et augmenti et hoc modo appellatur uirtus naturalis illa que operatur per nutrimentum et ab hac uirtute naturali non causatur uox, sed uox est a uirtute uitali et animali. A  
45 uirtute uitali quantum ad suam materiam que est aer, qui inspiratur et respiratur in formationem. A uirtute animali est quia iste motus fit per lacertos et quia formationem recipit a uirtute animali.

Ad illud autem quod obicit dicendum quod gustus quantum ad proximationem obiecti est a uirtute animali, sed actio obiecti aproximati est a  
50 uirtute naturali.

---

30. non ab arte *mg.*

Ad illud dicendum quod uox non est eadem apud omnes, unde est de uoce regulariter formata ab impositione, de alia autem uoce non est uerum.

Ad secundum queritum dicendum quod sicut uirtus moralis quantum ad aptitudinem et potentiam est a natura, tamen formaliter est ab acquisitione et ab arte, similiter sermo quantum ad sui principium est a natura, tamen formaliter et 55 distincter est ab arte. Vnde loqui est a natura, sed sic loqui est ab arte. Et propter hoc dicit philosophus quod loqui est a natura, recte autem loqui est ab arte, et per hoc patet solutio ad argumentum.

Ad queritum autem dicendum quod sicut dicit Ysaac, auditus est porta mentis, et ideo auditus plus confert ad scientiam quam alter sensus, et hac de causa 60 de obiecto auditus post fuit scientia quam de obiecto alterius sensus.

Secunda causa est quod uox, que est obiectum auditus, est a principio uoluntario, sed obiecta aliorum sensuum sunt a principio naturali et non possunt uariari sed uoluntatem habens.

Tertia causa est quod uox est in aere tamquam in subiecta et tamquam 65 differente. Alia autem obiecta sensuum aliud habet pro subiecto et aliud pro differente, quia ergo aer penetrat immediate ad cor in quo formatur uox, non sic autem obiecte aliorum sensuum, propter hoc de uoce fuit scientia et non de aliis obiectis.

3. Circa tertium sic dicit philosophus in libro *De anima*: quod uox est 70 expulsio aeris usque ad tracheam arteriam, cum in magnitudine significandi, ergo omnis uox est significatiua.

Propterea obiecta aliorum sensuum aliquid significant, sicut sapor, odor et calor. Supra complexionem eius in quo sunt, ergo similiter uox, quod est obiectum auditus, semper aliquid significabit, ergo omnis uox est significatiua. 75

Propterea sicut sermo est in hominibus, sic uox est in aliis animalibus. Sed omnis sermo in homine est significatiuus, /263ra/ ergo omnis uox est significatiua.

---

51. quod *expunctuatum*

56. recte autem loqui est ab arte *expunctuatum*

62. secundam causam *M*

Contra, si omnis uox est significatiua, ergo aut naturaliter aut ab impositione, quia non omnis uox imponitur ad significandum nec naturaliter, quia  
80 iam omnis esset a uirtute naturali quod subiecta est, ergo non omnis uox est significatiua.

Propterea, sicut uox in brutis significatur naturaliter, sic sermo in hominibus ab impositione. Sed non omnis sermo hominis est impositus ad significandum, ergo non omnis uox est significatiua.

85 Ad hoc dicendum quod uox profertur sine aliqua intentione a natura, non regulariter operante, et talis uox potest esse non significatiua, sed omnis uox prolata cum intentione a natura regulariter operante est significatiua. Sed in quibusdam ista uox regulariter ab ymaginatiua, ut in quibusdam brutis in quibusdam ab extimatiua, ut in animalibus astutis. In homine autem regulariter ista  
90 uox ab intellectu, et quia intellectus pluribus modis cambiare potest uoces quam extimatiua e ymaginatiua propter hoc bene potest formare uoces que nihil significant, et non cetera animalia.

4. Circa quartum sic sicut dicit philosophus in secundo *De generatione*, humidum male terminabile est termino proprio, bene autem †alieno†, et siccum est  
95 bene terminabile, ergo cum uox formetur in humido scilicet in radice lingue, et epygloto, nisi est plurima humiditas, dicit enim Galenus quod in radice lingue sunt duo amigdala in quibus continuo generatur saliuua. Ergo cum uox generetur in humido et scribatur in sicco, omnis uox que potuit generari, potest scribi, quia siccum magis est terminabile et figurabile quam humidum.

100 Propterea dicit philosophus quod quicquid haprendit aprensiua, conseruat memoria. Sed generatio uocis est propter aprensiuam, scribitur autem uox propter memoriam, ergo cum omnis uox potuit generari, potest scribi etiam.

Contra nulla uox potest scribi nisi illa que cum distinctione profertur. Sed solum uox humana est talis, ergo solum uox humana potuit scribi.

---

83. homini *M*

101. uox *expunctuatum*

Propterea dicit quod quedam sunt uoces inliterate que scribi non possunt, 105  
ergo et cetera. Et hoc concedo.

Ad primum autem in contrarium dicendum quod siccum melius conseruat  
impressionem quam humidum. Nam humidum male terminabile est termino propio,  
sed tamen ab aliquo infinitis modis potuit significari. Vnde aer cum sit humidus  
pluribus modis potest significari quam possit representari in scripto. 110

Ad secundum dicendum quod non est simile de uirtutibus et obiectis, nam  
memoria et aprehensiuia sunt a principio intrinseco, sed generatio uocis est a  
principio extrinseco et ab arte, et scribere uocem est a principio extrinseco et ab  
arte. Et propter hoc licet quecumque aprehensiuia apprehendit, possit conseruare  
memoria, tamen non quecumque potest uox generari, potuit scribi, cum genero 115  
uocis sit ab intrinseco et scribere ab extrinseco.

**5. Quare muti naturaliter sunt surdi et non e contrario.**

Et quare pueri sunt muti et non surdi.

Quare accidentaliter cicius impeditur auditus quam loquela, et tunc ad  
priuationem loquela non sequitur priuatio auditus naturaliter. 120

Ad aliud dicendum quod gustus fit in lingua per neruos sensibiles qui  
oriuntur a proa cerebri. Set loquela est in lingua per neruos motiuos qui oriuntur a  
pupi cerebri. Et propter hoc cum nerui illi qui ueniunt ad linguam propter loquelam  
transeunt per aures, quia plus requiritur ad loquelam quam ad auditum, cum loquela  
fiat per neruos motiuos qui sunt actiui, auditus autem per neruos sensibiles qui sunt 125  
passiui. Iterum quia tympanum auditus operatur per siccum, lingua uero per  
humidum, sed nerui motiui in lingua remoliuntur ab aque humiditate, ita quod  
auferatur loquela, fortiori ratione tympanum aurium, quia plus possunt pati de  
humiditate nerui motiui in lingua quam nerui audibiles. Iterum cum humiditas in  
istis organis ueniat a cerebro, si neruus in lingua per humiditatem remoliatur, forti 130  
ratione nerui audibiles quia sunt magis prope cerebrum et habens de causis muti

---

117-120. Quare muti naturaliter sunt surdi et non e contrario. Et quare pueri sunt muti et non surdi.  
Quare accidentaliter cicius impeditur auditus quam loquela, et tunc ad priuationem loquela non se-  
quitur priuatio auditus naturaliter *in inferiori margine*



naturaliter sunt surdi, et non conuertitur. Secunda causa est quia quedam uirtus particularis, et hoc ordinat membrum ad membrum in eodem indiuiduo, ut caput ad collum, et manus ad brachia, quedam autem est uirtus naturalis et hec ordinat  
135 membra unius indiuidui ad membra alterius propter generationem, ut scilicet matricem propter testiculos. Vnde in omni specie, si mas habet testiculos et femina habet matricem, et remoto uno remouetur aliud. Similiter autem est in generatione spiritali, nam sicut mas per testiculos generat sibi simile in matrice, similiter doctor per sermonem generat sibi simile in auditu, et propter hoc priuato sermone  
140 priuatur auditus et non conuertitur, quia sermo nobile est plus quam auditus, plus requiritur de tempore ad complementum sermonis, quam auditus, et propter hoc in principio pueri non locuntur, sed tamen audiunt. Sed a principio extrinseco cicius impeditur auditus quam sermo, et uirtus sensitua quam motiua, quia sensitua debilior est, cum sit passiuia, et motiua actiua, et propter hoc sensitua cicius patitur  
145 a noccumento exteriori. Sed a noccumento interiori cicius patitur motiua quia plus requiritur ad motiuam quam ad sensituiam, et propter hoc pluribus modis potest impediri motiua quam sensitua, et quia sermo est mediante uirtute motiua, auditus mediante sensitua, propter hoc accidentaliter cicius impeditur auditus quam sermo. Naturaliter autem sermo quam auditus cicius impeditur in pueris et non impeditur  
150 auditus.

---

136. et *expunctuatum*

140. plus *mg.*

## LIBER V

*Quidam habent principium huius V libri hic.*

*Iam narrauimus dispositionem omnium membrorum animalium.*

*Debemus autem scire quod tempus inceptiois coitus, et cetera.*

### Questio prima

Hic restat querere de sompno. 5

Et primo de necessitate sompni.

Secundo utrum in omnibus animalibus sit sompnus.

Tertium cuius membri fit passio sompnus.

Quarto loco de proprietatibus sompni.

1. Circa primum sic dicit in tertio siue in principio tertii *Phisicorum*: quod 10  
omne agens agit per formam et per materiam patitur, ergo quanto ad quid plus  
habet de forma plus agit, sed uirtus animalis plus habet de forma quod naturalis et  
uitalis, ergo plus agit continue animalis quod naturalis et uitalis, ergo cum naturalis  
et uitalis numquam cessant a sua operatione, manifestum est quod nec animalis.  
Sed sopnus est quies animalium uirtutum cum intentione naturalium, sicut dicit 15  
Plato, ergo sopnus non est necessarius animali.

---

1-2. Quidam habent principium huius V libri hic. Iam narrauimus dispositionem omnium  
membrorum animalium *in inferiori margine et alia manu*; 4. questio prima *mg*.

11. a *M*

Propterea dicit auctor *Fontis uite* quod quanto forma est nobilior tanto eius operatio est fortior. Sed uirtus animalis inter alias uirtutes est nobilior, ergo eius operatio est fortior, ergo numquam cessat a sua operatione, ergo sopnus non est  
20 necessarius.

Propterea dicit Auicenna: sopnus est retractio caloris ad interiora ut nutriatur digerens, sed in plantis est digestiua ergo in plantis est sopnus. Ex quo sopnus est propter hunc finem, sed hoc est falsum, ergo sopnus non est necessarius in animalibus.

25 Contrarium probat philosophus in libro *De sompno et uigilia* hac ratione: omne quod agit sub tempore, necesse est, si excedat tempus sibi determinatum, ipsum langescere et quiescere ab operatione. Ergo cum in animali oculi agant sub tempore necesse est dormire.

Propterea dicit Auicenna quod quando una uirtus cessat, alia augmentatur.  
30 Vnde qui bonus est in theatro, malo est in studio, et e contrario. Sed animal multum asumit de nutrimento una uice cum non habeat nutrimentum coniunctum sicut planta, ergo tunc necesse est quod animalis uirtus quiescat et naturalis intendatur. Hoc autem fit a sopno, ergo sopnus est necessarius, quod concedo et pono istam rationem pro causa. Sopnus est ex uapore mulcebri adscendente ad cerebrum et qui  
35 infrigidatus descendit et oppillat motus cerebri ne spiritus possint transire ad organa /263rb/ exteriora sicut uidimus quod ex uapore eleuato a terra generatur nubes que impedit delectationem luminis solis ad nos.

Iusta hoc queritur quare uirtus generatiua quasi semper cessat ab operatione, uirtus autem animalis multotiens, uirtus autem naturalis et uitalis numquam.

40 Ad hoc dicendum quod uirtus naturalis et uitalis sunt deesse, naturalis autem deperditum restituendo ad machinam cordis sustinendo. Vitalis autem spiritus reparando et uitam continendo. Sed uirtus generatiua et animalis sunt de bene esse, et propter hoc iste cessant ab operatione, alie uero non. Iterum ad

---

33. necesse *expunctuatum*; 34. et *add.*

37. delectatione *M*

41. s- *expunctuatum*

generationem requiritur complementum, tunc enim unum quodque est perfectum  
cum potest generare sibi simile, et quia complementum parum ducatur in homine 45  
quia solum in iuuentute. Propter hoc uirtus generatiua minus operatur quam alie.  
Iterum uirtus generatiua est propter speciem, alie autem propter indiuiduum, et sic  
uirtus uniuersalis. Virtus particularis plus intendit circa indiuiduum quam circa  
speciem, et propter hoc uirtus generatiua in animali minus operatur quam alie que  
sunt propter indiuiduum. Item uirtus naturalis et uitalis non cessant ab operatione, 50  
quia habent obiectum coniunctum. Naturalis sanguinem grossum ad restaurandum  
deperditum. Vitalis sanguinem subtilem ad generandum speciem. Sed uirtus  
animalis non habet obiectum coniunctum, et propter hoc uirtus animalis quiescit ab  
operatione, non naturalis et uitalis. Secunda causa est quia digestiua naturalis  
operatur conuertendo obiectum ut fortiter. Virtus animalis non conuertit obiectum 55  
sed paritur ab obiecto, et ideo oportet quod naturalis et uitalis ordinantur enim ad  
agendum et patiendum, et propter hoc citius debilitatur, et oportet quod quiescat et  
sic est sopnus necessarius.

Ad primum in contrarium dicendum quod sine dubio uirtus animalis plus  
habet de forma quam naturalis et uitalis, et propter hoc plures habet operationes et 60  
nobiliores. Sed non oportet quod continue operetur propter dictas causas. Per hoc  
patet solutio ad secundum.

Ad tertium dicendum quod sopnus non est finaliter per se, sed propter  
nutrimentum sed per accidens, quia quando una uirtus diminuitur, altera intenditur.

2. Circa secundum sic dicit philosophus in principio septimi libri: quod 65  
quedam sunt animalia que uiuunt ad modum plante, sed planta non dormit, ergo  
talium animalia numquam dormiunt.

Propterea sopnus est reuocatio operationis exterioris ad interiora, sed multa  
animalia sunt que non habent sensus exteriores, ergo multa erunt animalia que non  
habent sopnum. 70

---

46. iterum *lituratum*

59. animalis *add.*

69. sopnum *expunctuatum*

Contra dicit philosophus quod sopnus sequitur sensum, sed in omnibus animalibus est aliquis sensus, ergo in omnibus animalibus est sopnus.

Ad hoc dicendum quod omnia animalia dormiunt uel sensibilibus uel insensibilibus. Vnde quod dicit philosophus quod quedam animalia uiuunt ad  
75 modum plante. Hoc est quia non habent uitam manifestam, nec habent similiter sopnum manifestum, habent tamen uitam et sopnum.

Ad secundum dicendum quod licet quedam animalia non habeant opera exteriora manifesta, tamen in sopno retrauntur alique que in uigilia erant insuper fine intra contrarias suas.

80 **3.** Circa tertium sic: si sopnus est passio cerebri aut ergo uirtutis interioris aut exterioris. Non exterioris quia sopnus est passio sensus communis, sicut dicit philosophus in libro *De sopno et uigilia*, ergo nec interioris, quia sensus communis et fantasia plus operatur in sopno quam in uigilia, ergo sopnus non est passio cerebri.

85 Contra dicit in libro *De sopno et uigilia* quod sopnus est passio particule huius communis quid est in debito, ergo sopnus est passio cerebri, quod concedo.

Ad obiectum autem in contrarium dicendum quod, sicut dicit auctoritas in secundo *De anima*, sensus communis ita se habet sensus particulares, sicut centrum ad lineas que protrahuntur a diuersis partibus circumferentie ad centrum. Vnde ista  
90 uirtus quamuis facit tria recipiunt ab aliis sensibus, comparat recepta et conseruat. In quantum recipit, dicitur sensus. In quantum operat, dicitur fantasia, in quantum conseruat de ymaginatio. Dico ergo quod sensus communis cessat in sopno quantum ad hoc opus quod est reccipere ab aliis sensibus, sed non cessat fantasia et ymaginatio immo quia tunc non reccipit, comparat recepta infinitis modis ita quod  
95 facit monstra.

**4.** Circa quartum queritur quare pisces, canes et aues debiliter dormiunt.

Et quare pueri bene dormiunt, et senex male.

Et quare pueri plus sopniant quam senex uel iuuens.

---

98. pueri *mg.*

Et quare pisces et lepores dormiunt apertis oculis.

Et quare in sopno plus uiget sudor qui est superfluitas tertie digestionis, de 100  
superfluitatibus prime et secunde digestionis est e contrario, sicut dicit Auicenna.

Ad primum dicendum quod pisces et aues sunt in elementis ualde  
cedentibus, et propter hoc sunt animalia ualde mobilia et habent caput paruum ne  
impediatur in suo motu, et propter hoc debiliter dormiunt. Item sunt aues et canes,  
habent cerebrum siccum aues que sunt colerice et canes propter bonitatem olfato, et 105  
ideo debiliter dormiunt. Iterum pisces habent cor frigidum, et propter hoc cum  
cerebrum sit in oppositum cordis ad mitigandum calorem cordis, pisces ualde  
paruum habent de cerebro, et propter hoc paruum dormiunt.

Ad secundum dicendum quod, sicut dicit Auicenna, pueri multum  
habundant in humiditate naturali, quia uicini sunt ad utrumque principium, 110  
uidelicet ad sperma et menstruum. Vnde dicit Auicenna, quod pueri humidi sunt  
illo humido quo senes sunt sicci, et senes humidi sunt illo humido quo pueri sunt  
sicci, quia ergo pueri multum habent de humido naturali ex quo resoluuntur  
uapores mulcebri et suaues, et propter hoc multum dormiunt. Senes autem multum  
habent de humiditate salsa et †ta...sa†, ex qua resoluuntur uapores acuti et 115  
pungitiui, et propter hoc non possunt dormire.

Ad tertium dicendum quod, sicut Auicenna dicit in libro suo *De anima*,  
pueri sunt admiratores formarum quia de nouo ueniunt in mundum, omnia uidentur  
sibi mirabilia, et propter hoc firmiter retinent ea que uident. Item pueri uiuunt uita  
brutorum. Vnde uirtus naturalis in ipsis est fortis, sed animal est debilis. Vnde dicit 120  
Galenus quod una de rebus quam intendunt pueri, est manducare et bibere, et quia  
igitur uirtus naturalis in ipsis est fortis, multum dormiunt ut nutriatur digerens et  
quia firmiter retinent fantasticam que uiderunt comparant in sopno et multum  
sopniant.

---

103. non *expunctuatum*; 105. et *add.*

120. animalis *expunctuatum*

125 Ad quartum dicendum quod pisces uident in aqua quod est elementum  
solidum respectu aeris, et propter hoc natura dedit eis oculos fortes ne lederentur  
ab aqua, et hac de causa non habent palpebras, quia palpebre sunt in oculos  
propter passibilitatem ipsius ad tutelam ipsius. Pisces autem habent oculos duros et  
impassibiles, et propter hoc non habent palpebras nec claudunt oculos, sed  
130 dormiunt oculis apertis. Lepus autem est animal timidum et euitat nocculentum in  
fugiendo, et propter hoc ut semper possit percipere nocculentum dormit oculis  
apertis.

Ad ultimum dicendum quod expulsiua prime digestionis et secunde  
composita est ex uirtute animali et naturali, tamen retinemus sitim et urinam et  
135 quando uolumus. Sed expulsiua tertie digestionis uel digestiue /263ua/ pure est  
naturalis. Vnde non possumus retinere sudorem et quia in sopno quiescunt uirtutes  
animales, et operantur naturales et propter hoc sudor est plus in sopno quam uigilia  
alie superfluitates.

---

134. naturali *expunctuatum*

## LIBER VI

### Questio prima

*Et oportet cum eo diximus ut sciamus et cetera.*

Hic queruntur quattuor questiones de coitu.

Primum est de necessitate coitus.

Secundum est ad quam uirtutem reducantur.

5

Tertium est utrum omnibus animalibus insit coitus.

Quartum est utrum sit aliqua delectatio in coitu.

1. Circa primum sic dicit philosophus in secundo *De anima*: quod uirtus generatiua collata est unicuique corruptibili ut quod non potest se saluare secundum naturam, manere in salutem secundum speciem, ergo quodlibet animal cum sit corruptibile habet uirtutem generatiuam de se, non ergo indiget coire cum alio, ergo coitus non est necessarius. 10

Propterea nobiliori sensu... .., sed animal nobilior est quam planta, sed planta potest generare sine coitu, ergo fortiori ratione animal, ergo coitus non est necessarius. 15

Contrarium autem dicit philosophus quod coitus est necessarius in animalibus nobilibus.

---

1. questio prima *mg.*; 3. questiones *add.*



Propterea quanto †res† est nobilior tanto plura media requiruntur ad suum esse. Sed animal nobilior est quam planta, ergo licet in plantis solum uniuersale in  
20 animalibus non sufficit, sed cum hoc exiguitur agens particulare scilicet masculus, et patiens scilicet femina, ut ex hiis generetur unum, ergo coitus est necessarius, quod concedo in animalibus nobilibus.

Ad primum autem in contrarium dicendum quod uirtus generatiua †allata est unicu....† animali nobili secundum proportionem agentis ad patientem, et  
25 propter hoc in masculis sunt membra que possunt fluere. In feminis autem membra que possunt reccipere et sic est coitus necessarius.

Ad secundum dicendum quod quia planta minus nobilis est quam animal ita sufficit agens uniuersale solum nec requiritur coitus. Sed in animali requiritur coitus cum sit nobilior, nobilitate plura media requirit ad sui esse quam uile.

30 **2.** De secundo autem disputatum est in *Tegni*.

**3.** Circa tertium proceditur sic: nobilior est animal quam planta, ergo †uetius† participat opus nobile quam planta. Sed uirtus generatiua cuius opus est nobile, est in qualibet planta, ergo fortiori ratione in quolibet animali, sed uirtus generatiua uiget in animalibus per coitum, ergo coitus est necessarius in omnibus  
35 animalibus.

Propterea non est ponere uirtutem sine operatione. Sed uirtus uegetatiua est in omnibus animalibus, ergo et eius operatio, sed coitus est operatio uirtutis generatiue, ergo coitus est in omnibus animalibus.

Contrarium autem dicit philosophus quod quedam sunt animalia uilia que  
40 generantur per putrefactionem sine coitu.

Propterea quod potest fieri per unum, non debet fieri per due. Sed quedam sunt animalia in quibus solum sufficit agens uniuersale, ergo in illis non oportet quod sit coitus, et hoc concedo.

Ad primum in contrarium dicendum quod plante sunt minus nobiles, propter  
45 hoc in ipsis solum sufficit agens uniuersale, et similiter in animalibus uilibus que plus conueniunt cum plantis quam cum homine.

Ad secundum dicendum quod nisi est uirtus ibi, est operatio completa uel incompleta. Vnde licet animalia uilia non generent per coitum, tamen materiam disponunt aliquo modo. Vnde limus ex quo debet generari anguila aliquo modo dispositus est ut potius generetur anguila quam alter piscis. Vel dicamus quod 50 numquam est ponere uirtutem sine operatione propria. Sed generare non est propria operatio uegetatiue uirtutis, sed nutrire et augmentare, et propter hoc omnia animalia nutriuntur et augmentantur, non tamen omnia generant.

4. Circa quartum sic: delectatio est unio conuenientis cum conuenienti, ergo separatio conuenientis cum conuenienti erit dolor. Sed in coitu separatur 55 conueniens a conuenienti, separatur enim sperma quod conueniens est corpori et aptum ad hoc quod conuertatur, ergo in coitu est dolor. Propterea dicit Galenus quod natura sagax est ita quod gaudet in unione conuenientis et dolet in eius separatione. Et Ysaac dicit si qualia oportet purgari purgentur confert, et bene ferunt, †sine in contrarium†. Sed in coitu separatur conueniens a conuenienti, ergo 60 ibi est †deus†.

Propterea Iohanitius dicit quod coitus corpus infrigidat et desiccatur, sed frigidum et siccum sunt contraria uite, ergo in coitu est dolor.

Contra dicit Ysaac quod deus dedit mirabilem delectationem in coitu, quia nisi esset delectatio in coitu, animalia fugerent coitum et †per i... genero†. 65

Propterea in expulsionem superflui est delectatio. In coitu est expulsio superflui scilicet spermatis. Sperma enim fit ex superfluo ad augmentum, ergo in coitu est delectatio.

Propterea unaqueque uirtus, quantumcumque sit uilis, delectatur in sua operatione, uero uirtus expulsiua stercoris in egerendo et uirtus expulsiua urine in 70 urinando, ergo cum uirtus generatiua sit nobilior quam omnes alie, maxime delectabitur in sua operatione. Sed sua operatio est coitus, ergo maxima est delectatio in coitu.

---

52. uirtutis *add.*

60. sine *expunctuatum*

66-68. Nota †causam delectationis† in coitu *mg. alia manu*

Quod concedo propter rationes predictas.

75 Iterum quia est ibi motus subitus, et subitus motus facit delectationem.

Et iterum est ibi delectatio uniuersalis, quia materia coitus a nutrimento omnium membrorum deciditur.

Iterum instrumenta istius operationis sunt ualde sensibilia, scilicet uulua et uirga uirilil.

80 Iterum sperma quod deciditur in coitu facit quamdam titilationem in membris generatiuis et ita delectationem, et propter hoc hiis omnibus †de causis† est magna delectatio in coitu.

Ad primum autem in contrarium dicendum quod licet sperma sua qualitate sit conueniens, tamen sua quantitate tamquam sit contrarium et nociuum.

85 Et per hoc patet solutio ad secundum.

Ad tertium dicendum quod coitus aut est inmoderatus aut moderatus, †inmoderatus coitus infrigidat et desicat†, moderatus non. Iohanitius dicit semper quod coitus frigidat corpus et desicat quia delectatio quam in coitu facit, quod natura numquam †bene regul... .. semper† est coitus inmoderatus per magnam  
90 delectationem que aliquid ad coitum inmoderatum.

## Questio secunda

*Iam diximus quod omnes ¶pisces ouant¶ et cetera.*

Hic restat querere de coitu.

Et queritur de comparatione coitus ad alias operationes naturales in delectando. 5

Secundo de comparatione delectationis a parte sensus.

Tertio de comparatione delectationis in homine et in aliis animalibus.

Quarto de comparatione a parte sensus.

Quinto queruntur quedam questiones particulares.

Circa primum duo queruntur. 10

Primum est de comparatione delectationis in cibo et potu.

Secundum de comparatione coitus ad delectationem in urinando et egerendo.

1. Circa primum sic: cibus propter salutem ¶individuū, potus propter salutem speciei, sed unumquodque plus delectat proprio quam ¶in bono alieno¶, ergo maior est delectatio ¶in cibo¶ quam in coitu. 15

2. Propterea cibus magis est ¶necessarius¶ quam coitus ¶...¶ abstinere a coitu quam a cibo.

Propterea cibus delectat hominem ¶... solus ... delectatio in cibo quam in coitu...¶ et non in cibo et cetera. 20

Propterea dicit philosophus ¶in XI librum quod ... est a creatoris p...lio rerum semper /263ub/ haberi¶, sed cibum habemus quando uolumus, coitum non,

---

1. questio secunda *mg.*

quia frequentius habemus cibum quam coitum, ergo maior delectatio est in coitu quam in cibo.

25 Propterea delectatio est unio conuenientis cum conuenienti, sed sperma magis est conueniens corpori quam nutrimentum.

†Et† sperma enim immediate dispositum est ut conuertatur cum sit ex residuo nutrimenti. †Cibus autem in stomacho† transit per multa media antequam conuertatur, ergo maior est delectatio in coitu quam in cibo.

30 Contra dicit Galenus in libro *Interiorum* quod orificium stomachi est ualde sensibile et plusquam aliquod membrum in corpore, ergo †si ista delectatio† fiat per sensum, maior erit delectatio in membro sensibili, ergo maior est delectatio in cibo quam in coitu.

Ad hoc dicendum quod maior est delectatio in coitu quam in cibo propter  
35 rationes predictas.

Iterum materia coitus deciditur ab omnibus membris corporis, et sic est delectatio uniuersalis, non sic autem est de cibo.

Item in coitu homo communicat cum creatore, homo enim dat materiam, creator formam, in nullo autem alio opere communicat cum creatore, et propter hoc  
40 maior delectatio est in tali opere quam in aliis.

Iterum in hoc opere est unio conuenientis cum conuenienti scilicet spermatis fluentis per membra quod facit ibi titilationem et maximam delectationem.

Et est etiam delectatio quia expellitur superfluum. In aliquo autem alio non  
45 reperitur ista delectatio, et propter hoc et cetera.

Iterum in hoc opere est unio similis cum simili in specie, non sic autem in alio aliquo opere, et propter hoc in isto opere est ultimata delectatio.

Ad primum autem in contrarium dicendum quod licet cibus sit propter salutem indiuidui tamen quia cibum habemus quando uolumus et assueti sumus

---

30. in lib- *expunctuatum*

cibo, coitus autem fit subito et non ita frequenter cum sit opus nobilissimum, 50  
propter hoc maior delectatio est in coitu quam in cibo.

Ad secundum dicendum quod non sequitur cibus est magis necessarius,  
ergo maior est delectatio in cibo, quia aliquando magis delectatur in ludo, quod  
nihil ualet, quam etiam in comedendo quod est magis necessarium et proprio  
negotio. 55

Ad hoc dicendum quod licet in pluribus sensibus delectet cibus quam  
coitus, tamen in coitu tanta est delectatio in tactu quod excedit utramque  
delectationem in cibo. Posibile enim est quod unum bonum magnum plus ualet  
quam duo bona parua.

Ad quartum dicendum quod licet stomachus sit ualde sensibilis, tamen, quia 60  
plus assueuit cibum quam membra generatiua coitum, et quia subitus motus est  
causa delectationis, propter hoc maior est delectatio in coitu quam in cibo.

2. Circa secundum sic dicit philosophus: quod in corpore est quedam  
superfluitas qua non indiget, et hanc uocat medicus superfluitatem impuritatis  
sicut stercus et urina. Est etiam alia superfluitas qua indiget et hanc uocat 65  
medicus superfluitatem residualis. Sed maior est delectatio in expellendo illud quod  
non indiget quod illud quod indiget, ergo cum sperma sit illud quod indiget,  
maior est delectatio in urinando et egerendo quam in coitu.

Propterea illud plus delectat cuius abstinentia magis grauat, sed magis  
grauat absentia urinandi et egerendi quam absentia coitus. Ex defectu enim istorum 70  
sequitur mors, ex defectu coitus non, ergo et cetera.

Contrarium dicunt auctores quod delectatio ultimata est in coitu.

Propterea Algazel in sua *Metaphisicha* arguit sic: unaquaque uirtus  
delectatur in sua operatione, ergo ubi est nobilissima operatio ibi est ultimata  
delectatio. Sed coitus est nobilissima operatio, ergo in coitu est ultimata delectatio, 75  
quod concedo propter causas prius dictas.

---

57. coito secunda -o *expunctuata*; et *add.*

73. unamquamque *M*

Ad primum autem in contrarium dicendum quod in urinando et egerendo est delectatio solum in expellendo superfluum. Sed in coitu est delectatio in expellendo superfluum, scilicet sperma, quod superfluum est in quantitate, est etiam ibi unio  
80 conuenientis cum conuenienti, scilicet spermatis quod fluit per membra in hora coitus, et facit ibi titilationem, et propter hoc maior est delectatio in coitu quam in urinando et in egerendo.

Ad secundum dicendum quod illud plus delectat cuius absentia magis grauat. Vnum est si sit equalis comparatio inter ipsa, sed non sic est in perpetuo,  
85 nam presentia egerendi et urinandi frequenter est, et propter hoc paruum delectat. Sed eorum absentia raro est, et propter hoc multum grauat, e contrario est de coitu, quia eius presentia raro est, et propter hoc multum delectat, sed eius absentia frequenter est, propter hoc parum grauat.

3. Circa secundum principale sic dicit philosophus in libro *Phisicorum*:  
90 quod materia appetit formas, sicut turpe, bonum siue pulchrum, et femina masculum, ergo cum femina appetat masculum plus quam e contrario, maior est delectatio in femina quam in uiro uel masculo.

Propterea Constantinus dicit in *Pantegni* quod femina delectatur in duo scilicet in emitendo et reccipiendo, masculus autem solum in emmitendo, ergo  
95 maior delectatio in femina quam in masculo.

Contra dicit Galenus quod calida et sicca complexio maxime uenerea est, sed masculus omnis calidus et siccus est respectu femine, ergo maior est delectatio in masculo quam in femina.

Propterea, sicut scribitur in libro *De coitu*, calida complexio stimulat ad  
100 coitum, ergo cum masculi sint calidiores feminis, maior est delectatio in masculis quam in feminis, quod concedo.

---

89. grauat *expunctuatum*; 94. sicut *expunctuatum*  
99. sed *expunctuatum*;

Ad primum in contrarium dico quod masculus sicut agens et plus habet de calore et spiritibus quam femina. Iterum sperma in masculis est magis digestum, et propter hoc maior est delectatio in masculo quam in femina.

Ad secundum autem dicendum quod licet in pluribus delectetur femina 105 quam masculus, tamen magis intenditur maior delectatio in masculo quam in femina.

4. Circa tertium sic, sicut dicit Auicenna: una uirtus retrahitur ab alia, ergo cum plures uirtutes sint in homine quam in brutis, magis intenduntur bruta circa operationem coitus, et magis delectantur quam homo. 110

Propterea moraliter loquendo †contra ... sensibilis et ita sensibilis contrariantur immobili† in homine, si ista contrarietate in brutis †cum non† sit ibi ratio ergo magis et maior delectatio in brutis quam in homine.

Contrarium dicit philosophus quod homo plus appetit coitum quam cetera animalia, quia plus habet de humido spermate. 115

Propterea ratio Algazelis est quod in hoc opere est ultimata delectatio, quia nobilissima est operatio, sed hec operatio nobilior est in homine quam in brutis, ergo maior est delectatio in homine quam in brutis, quod concedo.

Ad primum in contrarium dicendum quod in brutis non est †...†, in homine autem est, et propter hoc maior est delectatio in homine quam in brutis. Delectatio 120 enim non est nisi per sensum †... hominem, in primo, secundo et tertio†, et propter hoc maior est delectatio in homine quam in brutis.

Ad secundum dicendum quod †licet primo repugnat in homine tamen† propter maximam delectationem que †est in brutis ... uidetur ratio esse ibi† delectatio ultimata. 125

5. †Circa quartum sic dicit philosophus quod licet in coitu unum tempus non autem in propria animalia quia homo plus habet de humido quam alia animalia, sed femina plus habet de humido quam masculus, etiam sit humidior,... ergo† magis appetit coitum quam masculus.

---

108. retrahit *M*



130 Propterea †... per coitum ... sperma et nisi menstruum ... sperma† ergo plus appetit coitum femina quam mas.

Propterea uirtus animalis †nobilior est† in femina quam in masculo, ergo †... uniuersalis est ... in femina†. Sed coitus est †...† uirtutis naturalis, ergo plus appetit coitum femina quam mas.

135 Ad primum autem uolunt auctores.

Propterea calida complexio stimulat ad coitum, sed masculi sunt calidiores feminis, ergo plus appetit coitum mas quam femina, quod concedo.

Ad primum autem in contrarium dicendum quod licet plus sit de humido in femina quam in masculo †... paliantius quam per coitum in mulieribus ... per  
140 locum lactantibus† /264ra/ et per oua in ouantibus, propter hoc maxime appetit coitum mas quam femina.

Ad secundum dicendum quod sperma per se solum euacuatur in coitu, mulieris menstruum autem per accidens, scilicet quia apperuntur uie per quas debet exire menstruum, et quia plus est de spermate in masculo quam in femina,  
145 plus appetit coitum mas quam femina.

Ad tertium dicendum quod quia uirtus animalis fortior est in masculis magis sentiunt delectationem mares quam femine, et propter hoc plus appetunt. Coitus enim quantum ad expulsionem fit a uirtute naturali sed tamen appetitus et sensus delectationis est a uirtute animali. Vnde Haly reposuit coytum sub accidentibus  
150 anime.

6. Circa quartum principale queritur primo utrum coitus uigeat propter calidum uel frigidum, quia calidum inanit corpus et desiccatur. Sed coitus est ad delectationem materie spermatice siue ad euacuationem ut euacuetur membrum repletum. Calidum ergo contra operatur coitu, ergo coitus uiget per frigidum.

155 Propterea, sicut scribitur in quartum *Metaphisichorum*, contrariorum sunt cause contrarie, sed attractiua et expulsiua sunt contrarie, sed attractiua uiget per calidum, ergo expulsiua per frigidum. Ergo omnia in coitu operetur expulsiua, coitus fit a frigido et non a calido.

Contrarium uero scribitur in libro *De coitu* quod caliditas stimulat ad coitum. 160

Item dicit in *Tegni* quod complexio calida magis uenerea est.

Iterum coitus plus fit in estate quam in alio tempore, ergo uiget per calidum.

Item calidum mouet a centro ad circumferentiam, ergo coitus uiget per calidum, quod concedo.

Ad primum autem in contrarium dicendum quod est quoddam calidum forte 165 quod resoluit et consumit, tale inanit corpus et non iuuat coitum. Est etiam quoddam calidum mediocre quod potest resolueret et non consumere, et tale calidum stimulat ad coitum.

Ad secundum dicendum quod appetitus coitus non solum est propter euacuationem membri, sed propter unionem conuenientis cum conuenienti, et iste 170 sensus et ista delectatio uigent per calidum.

7. Iusta hoc queritur quare appetitiua stomachi uiget per frigidum, appetitiua coitus et aliorum membrorum corporis per calidum.

Et quare femina ante coitum minus diligit, post coitum autem plus diligit quam mas. 175

Et quare femina componit se in publico cuilibet masculino, mas autem hoc numquam facit cuilibet mulieri.

Et quare in commune, siue cohabitatione in tali opere sequitur tantus amor, et non in commune uel participatione alicuius alterius operationis sicut in unione in comedendo uel bibendo uel aliquod animal faciendo. 180

Et quare amori secundum corpus nihil est contrarium, amori secundum animam aliquid est contrarium.

Et quare osculum est signum antecedens ad coitum. Et quare tactus sub mamilla incitat ad coitum sicut dicit Rasis et Auicenna.

Et quare mulier post impregnationem plus appetit coitum quam ante. Omnes 185 autem alie femine fugiunt coitum post impregnationem.

Et quare si uir et femina coeant furtiue. Si uir faciat gladium, erit rubiginosus, si autem femina caseum erit infectus et putridus et numquam bene coagulabitur.

190 Et quare mulierem coeuntem furtiue secuntur canes.

Et quare canes ita simile in coitu aligantur plusquam alia animalia.

Et quare uolatilia citius coeunt quam alia animalia.

Ad primum istorum dicendum quod appetitus stomachi est compositus ex animali et naturali, et quare quia frigidum comprimit partes facit, quod stomachos  
195 sentit suam inanitionem. Sed in aliis membris est appetitus naturalis solus, et propter hoc appetitus uiget in aliis per calidum, in stomacho per frigidum. Iterum calidum mouet a centro ad circumferentiam, frigidum e contrario. Sed in stomacho est motus a circumferentia ad centrum, atrahit enim cibum ab exterioribus ad interiora. Alia autem membra e contrario, membra enim atrahunt cibum a stomacho  
200 et epate ad quamlibet circumferentiam corporis. Et similiter in coitu est motus spermatis ab interioribus ad exteriora. Et propter hoc appetitus in stomacho uiget per frigidum, in coitu autem et in aliis membris per calidum. Iterum stomachus appetit ut inanitus repleatur. In coitu autem est appetitus ut membrum repletum inaniatur, inanitio autem fit per frigidum quia comprimit, repletio fit per calidum  
205 quia dillatat. Et propter hoc, sicut appetitus stomachi uiget per frigidum, contraria de causa appetitus coitus per calidum.

Ad secundum dicendum quod, sicut dicit Ysaac omnis morbus cum disconuenientia particularium peior est, femine autem in principio sunt uerecunde, et propter hoc quando corrumpitur uerecundia in coitu, fiunt maxime inuerecunde  
210 ita ut dicat philosophus quod femina est sexus inuerecundus, et propter hoc post coitum nullam habent uerecundiam, sed plus diligunt quam ante. Non sic autem est in maribus quia habent intellectum magis perfectum et sunt magis uerecundi. Item femina reccipit a mare, mas autem nihil a femina, sed solum ut exhoneret se de

---

203. coitus *M*

superfluo, et propter hoc post coitum non curat de muliere, femina autem diligit quia recipit a mare. 215

Ad tertium dicendum quod una causa est uilitas sexus. Secunda causa inuerecundia. Tertia causa est quia mas semper emitit, femina non semper, et propter hoc non potest tantum agere quantum femina pati. Quarta causa est propter lucrum quantum femina non potest filii acquirere uictum et uestitum sicut homo, illo ex indigentia cum pigritia et cetera. 220

Ad quartum dicendum quod †communicantia† in hoc opere est respectu eiusdem in numero, fetus enim generatur in utero, †idem† in numero generatur ab utroque, non sic autem est in aliis operationibus quia eundem cibum in numero non possumus comedere ego et tu. Iterum, quia in hoc opere unum recipit ab alio, et est unio conuenientis cum conuenienti. 225

Ad quintum dicendum quod amor secundum corpus causatur ex caliditate stimulante et spermate habundante. Si autem ista defitiant per priuationem, sequitur priuatio amoris, et propter hoc amori secundum corpus nihil est contrarium, cum operatio eius non sit aliqua a natura sed pura priuatio. Amori autem secundum animam est aliquid contrarium, quia amor secundum animam causatur ex concupiscibili, odium autem ex irascibili. Et quia utrumque istorum est aliqua natura, et propter hoc amori secundum animam contrarium est odire secundum animam. 230

Ad sextum dicendum quod os est illud membrum per quod maxime exprimimus quod habemus in mente, et propter hoc amor plus exprimitur per conuictionem oris cum ore quam per conuictione aliorum membrorum, et propter hoc in signum amoris super antecedit coitum. 235

Ad septimum dicendum quod sicut sperma est ad generationem fetus, similiter in mamillis lac est ad eius nutritionem. Et quia mamille ordinantur ad generationem propter nutrimentum fetus, tactus sub mamilla facit quamdam titilationem ad incitandum coitum. 240

---

239. lac *add.*

Ad octauum dicendum quod in muliere magis est discretus sensus quam in aliqua femina, et propter hoc habet post coitum memoriam delectationis preterite, et speciem future, et propter hoc post impregnationem appetit coire. Sed femina in  
245 brutis non sequitur nisi quod presens est, et propter hoc non curat de preterito, nec preuidet de futuro, sed quia sentit se agruari propter fetum, fugit coitum. Iterum mulier plus habet de nutrimento et de meliori quam femine brutorum. Et quia quando impregnatur non possunt sibi aquirire nutrimentum ita de facili sicut ante, nec habent nisi aquirant, et propter hoc fugiunt coitum. Mulieres autem appetunt  
250 quia gula uia est in luxuriam, et quia sunt maxime gulose ideo et cetera.

Ad nouenum dicendum quod semper causa delinquit aliquid uestigium in creato. Vnde dicit Ysaac quod in melle delinquitur actuum ex apibus et tamen apes solum sunt causa efficiens mellis, quia ergo ille qui coit furtiue errat, uestigium erroris precipitur in suo effectu, ita quia gladius uiri est /264rb/ rubiginosus et  
255 caseus mulieris est infectus. Secunda causa est quia, sicut mulier menstruosa inficit speculum propter omnes species infectas que inficiunt aera, similiter in coeuntibus furtiue quia non posunt coire quando uolunt, materia mouetur hinc inde quod radii uisibiles infficiuntur et etiam gladius quam facit uir ex conuenienti, et caseus quem facit femina.

260 Ad decimum dicendum quod in coitu per motum aquiritur calor accidentalis qui generat in materiam fetorem et putredinem et maxime in coitu furtiue, quia est ibi motus inordinatus quantum semper timent tales coeuntes ne precipiantur. Et propter hoc cum sit ibi odor fetidus, canes qui sunt optimi odoratus, secuntur ipsam mulierem, quia credunt per odorem inuenire aliquod cadauer quod debeant  
265 comedere.

Ad undecimum dicendum quod canis est animal melancholicum, et propter hoc cum retentiuia uigat per frigidum, et scilicet canis femina in membro meatus, scilicet in matrice, habet fortissimam recentiuam, ita quod quando intrat uirga maris, uix potest recedere, et situ obiecto determinato et faciente lepore, similiter

---

263. fetidi *expunctuatum*

cum sint animalia melancholica, dicendum quod non est simile canis habet multos fetus et paruum de spermate, cum sit animal frigidum, et propter hoc quia paruum habet de spermate et debet generare multos filios uel fetus, propter hoc quod inamittit in paucitate, temperat in mora. Ita quod diu moratur in matrice ad hoc, quod infundat sperma fetus et propter fetus et cetera. 270

Ad ¶duodecimum¶ dicendum quod uolatilia citius coeunt quia sunt animalia leuis motus, nec ex spermate eorum generatur fetus in medietate, sed mediante ouo in auibus, mediante uermen in apibus. 275

### **Questio tertia**

#### ***Et modo uolumus loqui de animalibus et cetera.***

Hic restant duo querende.

Primum est de quibus residuis de coitu.

5 Secundum est de ouatione.

1. Circa primum queritur primo in quo tempore plus fiat coitus, quia dicit Auicenna quod illum quod relinquitur nutritiue, mandantur generatiue, sed nutritiua melior est in hyeme quam in estate. Ventres enim yeme et uere sunt calidissimi et sopni longissimi, sicut dicit Ysaac, ergo plus uiget uirtus generatiua in yeme. Sed  
10 coitus est uia in generationem, ergo coitus plus uiget in yeme quam in estate.

Propterea augmentatio unius superfluitatis diminuit aliam. Vnde in estate, quia augmentatur sudor, diminuuntur omnes alie superfluitates, ergo et sperma diminuitur, ergo minus debet appeti coitus in estate quam in hyeme.

Contra dicit philosophus quod animalia plus coeunt in tempore calido.

15 Propterea calida complexio stimulat ad coitum, ergo similiter tempus calidus. Si aestas est calidius quam alia, ergo in estate plus appetitur coitus uel in tempore calido quam in frigido.

Ad hoc dicendum quod quedam sunt animalia frigida et illa debilitantur in hyeme, quedam calida et illa melius nutriuntur in hyeme. Iterum in coitu est  
20 materia et est agens. Dico ergo quod quia coitus habet materiam calidam, scilicet sperma, et quia agens est calor scilicet caliditas stimulans, in tempore calido plus est coitus quam in frigido.

---

1. questio tertia *mg.*

Ad primum in contrarium dicendum quod licet plus habundat materia in hieme, tamen deficit agens. Vel dicamus quod in hyeme ita fortis est digestiua quod quidquid digeritur, conuertitur in membris et nihil relinquitur generatiue. Sed in estate non conuertitur totum, sed remanet aliquid de superfluo. Item tempus calidum facit materiam fluere, et ita armat animal ad coitum. 25

Ad secundum dicendum quod licet materia pauca sit in estate respectu yemis, tamen agens est forte.

Iusta hoc queritur utrum in uere uel auptumno plus fiat coitus, et uidetur quod in uere, quia, sicut scribitur in libro *De generatione* quod sol per adscensum in oblico circulo est causa in istis inferioribus, et in secundo *De planetis* orbis stelatus est causa uite omnis uiui ergo cum agens uniuersale maxime generet, tunc maxime uiget coitus, sed hoc est in uere, ergo in uere plus indiget coitus. 30

Propterea in uere maxime mouentur humiditates qui stimulant ad coitum sicut sanguis, ergo in uere plus uiget coitus. 35

Propterea uirtus generatiua exigit magnum completum, sed dicit Galenus quod in uere omne animal melius uiuit, ergo tunc est uirtus magis completa in animalibus, ergo in uere magis uiget coitus.

Contrarium autem dicit philosophus, quod quedam sunt animalia que generant in auptumno. 40

Ad hoc dicendum quod sicut dicit Galenus duplex: est radix superior que est attributa uni uie, et uni ordini, et quantum ad hanc coitus superet in uere.

Est quedam radix inferior que non attributa uni uie et uni ordini, sed est uariabilis et permutabilis et hec est materia. Et propter hoc quedam sunt animalia que in hyeme propter defectum nutrimenti, quia tunc non inueniunt herbas, desicantur ita etiam quod in uere sequenti non possunt generare donec bene refitiantur per nutrimentum, et refficiuntur in uere et in estate et in auptumno generant. 45

---

35. coitu *M*



50 Et per hoc patet solutio ad argumenta. Semper enim quando concurrat radix inferior cum superiori, est generatio in uere. Sed aliquando est impedimentum a parte materie.

Postea queritur utrum uir in yemme plus appetat coitum et mulier in estate, et uidetur quod sic quia quelibet complexio melius se habet in tempore sibi  
55 dissimili, ergo femine melius uiuunt in estate et masculi in hyeme. Sed ex residuo nutrimenti est materia coitus, ergo uir appetit plus coitum in hyeme et mulier in estate.

Propterea hoc dicit philosophus. Contra calida complexio stimulat ad coitum, ergo similiter calidum tempus, ergo utrumque sexus plus appetit coitum in  
60 estate quam in hyemme.

Ad hoc dicendum quod loquendo de appetitu coniuncti, et mas et femina plus appetit coitum in estate quam in hyeme. Sed loquendo de appetitu diuisi femina plus appetit in estate et uir in hyeme. Et hoc est quia agens exterior scilicet calor temporis, in estate confortat uirtutem in mulieribus, quia naturaliter sunt  
65 frigide, in hyeme autem frigus exterior confortat uirtutem in uiris retrahendo calorem ad interiora.

Iusta hoc queritur quare homo coit omni tempore non autem omnia animalia.

Et quare in coitu est maritum et de maritu plus quam in aliis operibus.

70 Et quare uerecundia magis generatur ex hoc opere quam in alio.

Et quare plus per uisum quam per alium sensum.

Ad primum dicit quod, sicut dicit Ysaac, anima intellectiua que est forma hominis nobilior, est omni stella, unde non timet radicem exteriorem nisi ignorantia sit detenta. Et propter hoc homo non coit tempore determinato sicut alia bruta.  
75 Secunda causa est quia homo plus habundat cibo in omni tempore quam cetera animalia.

---

69. maritum *M*

Tertia causa est quia homo distinguitur per coniunctiones, non autem alia animalia. Et propter hoc homo secundum diuersas coniunctiones quidam coit in uere, quidam in alio tempore et quidam in alio. Non autem sic est in aliis animalibus, cum non diuidantur ita per coniunctiones. 80

Ad secundum dicendum quod una causa est nobilitas operationis. Secunda causa est quia in hoc opere communicat homo cum †primum†, homo enim dat materiam, et primum formam scilicet animam.

Tertia causa est quia propter magnam delectationem in hoc opere preponitur amor creature amori creatoris, et amor boni transitorii amori sempiterni. 85

Ad tertium dicendum quod una causa est polutio corporis in hoc opere.

Secunda causa est quia in habitum est, propter hoc ille qui facit uerecundatur.

Tertia causa est quia in hoc opere apparent membra pudibunda.

Ad quartum dicendum quod, sicut dicit Constantinus in libro *De oculis*, 90 uisus est discretius magis uel discretissimus inter omnes sensus, et propter hoc per hunc sensum res certissime apprehenduntur. /264ua/ Propter hoc maior est uerecundia in coitu quam precipitur per uisum quam per alium sensum.

Circa secundum principale sic et queritur primo de necessitate ouationis.

Secundo utrum si aliqua natura in piscibus communis et in auibus, atque sit 95 principium ouationis in ipsis.

Tertio quare aues non habent uirgam, sed coeunt sine medio.

2. Circa primum huius sic dicit philosophus in libro *De generatione*: quod elementa leuia facilius generantur quam grauia, unde ignis generatur per naturam et per artificium quod non reperitur in aliis. Ergo generaliter uolatilia sunt leuiora 100 eorum generatio erit magis cita, ergo generant sine medio immediate et sine ouo, ergo ouatio non necessaria.

Propterea coitus est uelocissimus in uolatilibus, ergo generatio eorum est uelox. Cum coitus sit propter generationem et sit uia in ipsam, ergo generant immediate et non cum ouo. 105

Propterea dicit philosophus quod homo masculus coit citius quam femina, et hoc est ratione caliditatis existentis in masculo. Sed omnia uolatilia sunt calida, ergo cito coeunt, et cito generant, et immediate sine ouo.

Contrarius est philosophus. Et sensus est quod quedam generant mediante  
110 ouo, quedam mediante uerme sicut apes.

Circa secundum huius sic: si complexio esset medium commune in istis, tunc esset eadem complexio in uolatilibus et piscibus. Sed hoc est falsum, ergo complexio non est medium commune.

Contra dicit philosophus in libro *Methaurorum* quod, sicut omnia elementa  
115 generantur ex elementis, similiter omnes secundi actus ex primis, ergo iste actus secundus qui est ouare in uolatilibus et piscibus, causatur ex primis qualitatibus, et ita complexio est medium commune in istis.

Ad hoc dicendum quod complexio est causa immediata ut qua mediante insit  
ouatio, in piscibus autem uolatilibus et reptilibus. Sed una causa est defectus  
120 uirtutis in istis. Cum enim generatio exigit magnum complementum, hec animalia que non sunt ita completa, non generant sed faciunt quod possunt, generat enim ouum intra, ut per cubationem et per agens extrinsecus, inde generetur sibi simile. Secunda causa est quia hec animalia sunt ualde mobilia, et ideo fuerunt oblonga, quia si essent lata impediretur suus motus, quia ergo ad generationem fetus  
125 requiritur largitas matricis. In istis autem erat matrix subiecta per longitudinem sui corporis, non potuerint generare fetum intra, sed generant ouum uel uermen, et extra per cubationem exit pullus.

Tertia est quod mares istorum non habent uirgam. Vnde non introducunt sperma sufficienter ad generationem. Sed faciunt quod possunt et generant ouum et  
130 postea per auxilium extrinsecus agentis eiciitur pullus, et sic patet quod ouatio est necessaria.

---

109. est *add.*

129. sufficiunt -unt *expunctuatum*

Ad primum in contrarium dicendum quod quedam sunt que generant per generationem simplicem, ut destructa una forma imprimatur reliqua, et sic generantur elementa. Et de istis intelligit philosophus cum dicit quod leuia citius generantur quam grauia, et non de generantibus per preparationem, sicut alia animalia. 135

Ad secundum dicendum quod coitus est uelox in auibus, quia non habent uirgam et ex hoc defectus sequitur generationis.

Ad tertium dicendum quod defectus uirtutis completi est causa quare hec animalia uolatilia non generant immediate. Sed in homine in utroque sexu est eadem uirtus deferens secundum magis et minus. Et propter hoc licet homo masculus citius generet propter suam caliditatem, hoc non concludit quod similiter sit in auibus et piscibus propter causas dictas. 140

Ad argumentum autem quod probabat complexionem esse medium dicendum quod complexio est medium remotum, sed cause proxime et immediate dicte sunt. 145

Quare aues non habent uirgam, sed coeunt sine medio.

Ad tertium huius quesitum dicendum quod, sicut dicit Auicenna, uirga est in homine ut possit introducere sperma in matricem sine aliqua corruptione aeris exterioris, et quia in uolatilibus et piscibus non est ita nobilis generatio, non debuit sic custodiri sperma, nec fuit uirga ita necessaria. 150

Secunda causa est quia per uirgam impedirentur aues in uolando et pisces in natando.

Tertia causa est quia uirga est uia communis urine et spermatis, et quia hec animalia non urinant, propter hoc non habent uirgam. 155

---

147. Quare aues non habent uirgam, sed coeunt sine medio *mg.*

154. Secunda *M;* et *add.*



## LIBER VII

### Questio prima

*De natura autem animalium, et generatio eorum secundum quod et cetera.*

Hic restat querere de duobus.

Primum est de partibus oui. 5

Secundum est de eius proprietatibus.

Circa primum queruntur tria.

Primum de generatione partium oui.

Secundum est de complexione partium.

Tertium est de nutrimento partium secundum quod nutriunt corpus 10  
humanum.

Circa primum queruntur duo.

Primum est de generatione albuminis.

Et secundum est de generatione uitelli.

1. Circa primum sic generans naturaliter generat alicui simile, ergo cum albumen 15  
sit materia generationis membrorum in pullo, generatur sibi simile, ergo sicut ex

---

1. questio prima *mg.*  
16. a *M*

albumine generatur unitas membrorum in pullo, necesse est quod similiter albumen decidatur ex unitate membrorum in generatione.

Propterea in generatione deciduntur spiritus per decisionem, sicut dicit  
20 Auicenna. Vnde generans minus habet de spiritibus post generationem quam ante,  
ergo, sicut spiritus per decisionem spiritus generantur, similiter membra per  
decisionem membrorum, ergo albumen generatur ex unitate membrorum.

Oppositum autem dicit philosophus in hoc libro: quod sperma generatur per  
uiam deriuationis et non per uiam decisionis. Et arguit: si in generationem ueniret  
25 sperma per decisionem membrorum, esset ibi solutio continens, sed solutio  
continens inducit dolorem, ergo esset ibi dolor uniuersaliter totius corporis, ergo  
nulla esset delectatio in coitu quod est inconueniens posteriore.

Propterea dicendum Auicenna quod relinquitur nutritione, mandatur  
generatione, sed quod relinquitur superfluum est, ergo ex superfluitate generatum  
30 sperma et albumen et non ex unitate membrorum.

Quod concedo quia nullum agens uel generans naturale dat se totum uel  
aliquid de substantia sua. Sed per uiam deriuationis illud quod in proxima  
dispositione erat, ut esset membrum uel pars membri, deuiatur ad testiculos et est  
materia generationis.

35 Ad primum autem in contrarium dicendum quod quoddam est generans  
quod immediate dat formam suam generato sicut ignes quando ex aere fit ignis, et  
de tali uerum est quod generans naturaliter generatur ex sibi simili. Et aliud  
generans quod non dat inmediate formam suam generato, sed per multa media,  
sicut est in animalibus. Et propter hoc, sicut immediate non dat formam, similiter  
40 generat sibi simile, non ex eo quod erat immediate sui pars, sed ex eo quod erat in  
proximam dispositionem ad hoc ut fieret pars et per hanc uiam deciditur sperma in  
animalibus, et etiam albumen in ouo.

Ad secundum dicendum quod spiritus media in generatione educant in  
spermate uitam de potentia in actum, et quia omne illud quod educant aliquid de

---

29. generation *M*

potentia in actum, est actu. Necesse fuit quod spiritus secundum unitatem 45  
deciderentur in generatione. Sed materia est in potentia, et propter hoc illud quod  
est materia generationis, scilicet sperma uel albumen, generatur ex eo quod in  
proxima potentia erat membrum uel pars membri, scilicet ex superfluo nutrimento.

2. Circa secundum sic dicit philosophus in secundo *De generatione*: ex  
eisdem sumus et nutrimur ergo cum albumen sit illud ex quo est anima, uitellum ex 50  
quo nutritur, ex eodem sunt uitellum et /264ub/ albumen. Sed albumen est ex  
humiditate et non ex humore, ergo similiter et in uitellum.

Propterea si uitellum non est ex humiditate, necesse est quod sit ex sanguine  
menstruo. Set in maribus non est sanguis menstruus sed solum in mulieribus ergo  
ex sanguine menstruo non generatur uitellum. 55

Tertium dicit Ysaac quod, sicut ex spermate generatur homo et ex lacte  
nutritur, similiter ex albumine generatur pullus ex uitello nutritur. Sed lac est et  
sanguine menstruo, ergo et uitellum.

Post dicit Galenus quod unumquodque atestatur ei a quo deciditur ergo  
uitellum cum sit rubeum adtestatur sanguini qui similiter est rubeus, et non sperma 60  
quod est album, ergo uitellum generatur ex humore et non ex humiditate.

Iusta hoc queritur, cum uitellum generetur ex sanguine menstruo, sicut lac,  
quare lac est album et uitellum rubeum.

Ad hoc dicendum quod uitellum generatur ex humore, scilicet sanguine  
menstruo, et non ex humiditate. 65

Ad primum in contrarium dicendum quod ex eisdem sumus et nutrimur.  
Philosophus uult ita dicere quod ex mistis sumus et nutrimur, non tamen ex eodem  
principio immediato sumus et nutrimur, sumus enim ex spermate et nutrimur  
sanguine.

Ad secundum dicendum quod, sicut dicere uult Auicenna, multe sunt 70  
portiones menstrui. Vna portio est que cedit in complementum membrorum  
principalium cum spermate. Secunda portio est que cedit in membra replentia que

---

70. dicit *M*; dicere *add*.



continue fluunt et refluent, sicut in pinguedinem et zirbum et carnem simplicem. Tertia portio que in lactantibus uadit ad mamillas, ex ea facit lac, in ouantibus  
75 conuertitur in uitellum. Et iste tres portiones reperiuntur in omni animali quod generat sibi simile. Et quarta portio que transsit in dentes animalium. Est quinta portio que exuburat que est in detrimentum nature et inflat uentrem in mulieribus et hec retinetur in conceptione, et hec proprie dicitur menstruum, quia de mense in mensem fluit, nisi mulier sit pregnans, et hoc solum est in mulieribus. Dico ergo  
80 quod cum dicit philosophus quod sola mulier habet menstruum, uerum est de hac quinta portione et non de aliis. Et sic patet quomodo uitellum generatur ex sanguine menstruo.

Ad quesitum autem dicendum quod continens inmutat contentum ad sui crasim, et quia lac generatur in mamillis que sunt membra alba glandulosa, et  
85 propter hec lac est album. Sed uitellum generatur infra albumen ita quod non potest recipere immediate actiones membrorum et ita manet rubeum uel citrinum sicut sanguis a quo oritur.

Ad probandum quod albumen generetur ex unitate membrorum, est una ratio talis. Dicit Auicenna quod tertia species ethice est incurabilis, quia hec  
90 species fit in glutino et in †a...†, resoluuntur partes membrorum cum urina, ergo similiter cum materia generationis sit ex glutino in generatione deciduntur partes membrorum, ergo albumen generatur ex unitate membrorum.

Ad hoc dicendum quod tertia species ethice non est solum in glutino, sed etiam in membris solidis, et propter hoc resoluuntur partes membrorum cum urina.  
95 Sed sperma per uiam deriuationis fit ex glutino superfluo et non ex unitate membrorum.

**3.** Circa secundum primi membri principalis dicit sic, ut ita stat per calidum et humidum, ergo cum albumen immediatius sit ad uitam quam uitelum. Albumen calidius est uitello.

---

97. dicit *add.*

Propterea dicit philosophus in commento *Methaurorum* quod digestio 100  
procedit a calido calefaciendo et ingrossiando, ergo cum albumen sit melius  
digestum quam uitellum, albumen calidius est uitello.

Contrarium dicit Ysaac quod uitellum est calidum et humidum, albumen est  
frigidum.

Propterea omne quod repercuttit est frigidum albumen repercuttit, unde 105  
ponitur super uulnera uel inflationes pannus uel stupe intincte in albumine oui ne  
humores fluant ad locum, ergo albumen frigidum.

Propterea dicit Galenus in commento super †*Amphorismos*† quod sanguis  
calidior est quam lac, sicut epar quam mammille, et iam lac per ulteriorem  
decoctionem siue digestionem sit ex sanguine, ergo a simili. Licet albumen plus sit 110  
digestum quam uitellum, tamen uitellum est calidius.

Ad hoc dicimus quod dupla est calor: anime, id est, calor uiuificans et de  
tali calidius est albumen quam uitellum. Est etiam alius calor nature, et iste calor  
sequitur complexionem et ab isto. Dicitur unum quod quia tale in materie et de tali  
calidius est uitellum quam albumen. 115

Ad primum dicendum quod albumen immediatius ad uitam est quam  
uitellum calidius est, loquendo de calore anime, qui est uiuificus, tantum uitellum  
simpliciter calidius est.

Ad secundum dicendum quod digestio procedit calefaciendo, unum est  
quando agit supra idem nihilo tunc calidius est digestum quam indigestum. Sed 120  
albumen et uitellum non sunt eadem, et propter hoc licet albumen sit magis  
digestum, non tamen est magis calidum.

4. Circa tertium huius sic: ex eisdem animal est et nutritur, sed ex albumine  
est animal, ergo albumen melius est nutrimentum quam uitellum.

Propterea sicut se habent uitellum ad albumen et sicut albumen ad carnem, 125  
nam sicut ex sanguine, qui est materia uitelli, per ulteriorem de coctione fit

---

113. alius *M*; 118. calius *M*  
123. albumen *expunctuatum*

albumen, similiter ex humiditate in natura que est materia albuginis, fit caro galline. Sed caro galline optimum est nutrimentum et melius quod albumen, ergo similiter albumen est melius nutrimentum quam uitellum.

130 Propterea quanto nutrimentum est melius /265ra/ digestum tanto est melius. Sed albumen melius est digestum quam uitellum sicut sperma quam sanguis menstruus, ergo albumen melius est nutrimentum quam uitellum.

Contrarium dicunt auctores quod uitellum est optimi nutrimenti, cum sit calidum et humidum, albumen autem est pessimi nutrimenti cum sit frigidum.

135 Propterea lac est boni nutrimenti et sperma pessimi, ergo similiter uitellum est boni nutrimenti, albumen est pessimi nutrimenti. Quod concedo quia dicit Auerois quod corpora superiora sunt propter elementa, elementa propter mixta, mixtum propter uegetabile, uegetabile propter plantas et plante propter animal, etiam animal propter hominem qui est finis totius nature. Dico ergo quod natura  
140 uniuersalis animalia commestibilia ordinat ad hominem quam membra que sunt de sui esse, hec quantum ad superfluitates ordinat animal ad continuam conseruationem sui esse in sibi simili. Et propter hoc quia sicut scribitur in decimo nono huius libri et in fine primi *Physicorum*, necessitas et ordo in naturalibus est in fine, quia ergo sperma uel albumen ordinatur ad conseruationem nullo modo ualet  
145 in uia nutrimenti, sed solum membra que ordinantur ad hominem propter nutrimentum.

Ad primum in contrarium dicendum quod ex eisdem est animal et nutritur, unde est ex principio remoto, quia ex mistis sunt animalia et ex mistis nutriuntur. De principio proximo non uerum, nam ex uitello nutritur pullus, ex albumine  
150 generatur. Vel dicamus quod sine dubio pullus generatur ex albumine. Vnde istud argumentum concludit quod pullus nutriatur ex albumine quod ex eodem est animal et nutritur. Patet solutio, set nullo modo concludit quod propter hoc homo nutriatur ex albumine, nam homo non est ex albumine.

---

128-129. et melius quod albumen, ergo similiter albumen est melius nutrimentum *in inferiori margine*

142. conseruationem *mg.*; 147. quod *add.*; 151. quod *add.*

Ad secundum dicendum quod non est simile quia caro ordinata est ad hominem propter nutrimentum sed albumen non, sed propter conseruationem animalis in sua specie. 155

Ad tertium dicendum quod licet albumen sit melius digestum, tamen est pessimi nutrimenti quia non ordinatur ad commestionem sed ad generationem.

5. Circa secundum principale queritur primo cum ouum generetur ex sanguine menstruo sicut lac, quare lac sine decoctione comeditur et non ouum. 160

Et quare fructus sine decoctione artificiali comeduntur.

Et quare uitellum est in medio oui et albumen in circuitu, e contrario est de spermate et sanguine menstruo, sperma enim est in medio et sanguis menstruis circumquaque.

Et quare uitellum in aqua patit fundum et albumen supra natat. 165

Et quare albumen syropum clarificat et non oximel.

Et quare albumen oui ponitur in picturis ut melius possint imprimi diuersi colores.

Et quare in uolatilibus oua sunt magna in continuum, pauca in discretum. In piscibus et rectilibus e contrario. 170

Et quare oua in uolatilibus habeant duram testam, in piscibus et rectilibus non.

Et quare ouum exit a matrice ita quod grossior pars prius stat enim ouum in matrice ita quod acuta pars est superior et grossa pars inferior.

Et quare ex ouis acutis generatur masculus et ex rotundis siue obtusis generatur femina. 175

Et quare in auibus oua sunt oblonga, in piscibus sunt rotunda.

Et quare oua in quibusdam auibus sunt alba, in quibusdam uaria in colore.

Et quare in ouis auium manifesta est distinctio inter albumen et uitellum, in ouis autem piscium non. 180

---

158. commestione *M*; generatione *M*

166. et *expunctuatum*

Et quare oua aliquando scinduntur ad ignem suum in cineribus, aliquando non.

Et quare oua piscium faciunt magnum screpitem in igne si ibi †eiectantur†.

Et quare oua partite laxant uentrem cum sint frigida et sicca.

185 Ad primum istorum dicendum quod lac generatur ex sanguine et digeritur in uenis, quando transmittit ad mammillas, digeritur ulteriori digestionem, et propter hoc cibus digeritur, non indiget digestionem artificiali. Sed uitellum oui secundam digestionem non habet in ouo, quod includitur in abumine quod prohibet †forte† actione caloris in uitellis cuius signum est quod est remanet in †calore† sanguinis  
190 quia ergo ouum non bene digeritur, sicut lac, necesse est ad hoc quod comedatur quod decoquatur artificialiter, non sic autem est de latere †dicta† de causa.

Per hoc patet solutio ad secundum. Fructus enim digeruntur digestionem interiori, que est in arbore, et digestionem artificiali cum perfecte macerentur.

Ad tertium dicendum quod fetus quod generatur ex spemate, nobilior est et  
195 plus diligitur a natura quam ille qui generantur ex albumine, et propter hoc ponitur in medio, et hoc trahit nutrimentum, quod est circumquaque, per unilicium. Vitellum autem ponitur in medio, albumen circumquaque, ut fetus generatus ex albumine habeat nutrimentum magnum coniunctum, quod non posset ita bene atrahere sicut fetus ex spermate, cum non sit ita nobilis.

200 Secunda causa est quod sperma nisi esset in circumferentia et sanguis menstruus in medio, posset ledi a noccentis exterioribus, cum non habeat testam. Albumen autem non potest ledi quia habeat testam.

Ad quartum dicendum, quod albumen supernatat, quia in ipso, cum sit clarum et peruium, miscentur partes aeree. Iterum quia est uiscosum non /265rb/  
205 potest commiseri cum aqua, et propter hoc, omne uiscosum supernatat sicut oleum et pinguedo. Vitellum autem petit fundum, cum quia est solidum et †ideo† possunt †miseri ita† partes aeree et †propter hoc† est uiscosum sicut albumen.

---

188. ouuo M

Ad quintum dicendum quod albumen est uiscosum quando ponit in syropa  
†hatrahit omnes sta...des† scilicet quod syropum remanet clarum et mundum  
†quod† in oximelle est †... de ... autem penetratiuum et incissiuum et propter hoc 210  
diuidendo per ...† miscet partes grossas cum subtilibus †scilicet quia† redditur  
†oximel ...† potest clarificari si aponatur †clarificari nec† aliquo modo.

Ad sextum dicendum quia color albus est materia ad omnes alios colores et  
propter hoc †...† albumen sit album et per †rationem† ponitur in picturis ut melius  
imprimant alii colores. 215

Secunda causa est quia est uiscosum et adherens et †...† adherentiam  
aliorum colorum.

Ad septimum dicendum quod magnitudo in continuum est a forti calore,  
multitudo indiscretum est a parte materie quia materia est principium diuisionis et  
quia uolatilia plus habeat de calore quam pisces, propter hoc habent oua magna in 220  
continuum et pauca indiscretum, de piscibus est e contrario.

Ad octauum dicendum quod calori est separare subtile a grosso et indurare,  
et per hanc uiam, ergo noscetur lapis in renibus et uesica et quia calor est fortior in  
aibus quam in piscibus, et propter hoc oua auium habet duram testem, oua  
piscium non. 225

Secunda causa est quia aues ponunt oua sua in loco sicco et popter hoc  
indurantur testa in ipsis a calore exteriori. Sed pisces ponunt in loco humido et  
propter hoc non possunt eorum testa indurari a calore exteriori.

Ad nonum dicendum quia calor igneus semper facit figuram pyramidalem  
in aliena materia, et propter hoc cum aues sint †...ce†, calor igneus in ipsis facit in 230  
ouo uasim inferius et conum superius. Iterum ouum alligatur matri per conum oui  
sicut pira alligatur arbor per caudam et propter hoc stat in matrice grossa pars  
inferior et acuta superior, et quia illud quod est ponderosum prius descendit et

---

208. non *expunctuatum*

218. ad -d *expunctuata*; 219. materie *mg.*

224. habet *add.*

propter hoc in exitu grossa pars est ponderosior exit prius, sicut puer quando oritur  
235 post exit, caput quando tunc est maius et ponderosius toto corpore.

Ad decimum dicendum quia sicut dictum est figura pyramidalis generatur in  
ouo a forti calore, et propter hoc quanto ouum est magis accutum, signum est  
fortitudinis uirtutis et quia sicut dicit Haly fortis uirtus generat masculos, debilis  
autem feminas et propter hoc ex ouo accuto generantur masculi, ex rotundo  
240 generantur femine.

Ad undecimum dicendum quia fortis calor est causa figure pyramidalis, et  
quia eleuat subtilite et inde fit pars acuta, et grossa residet et inde sit pars grossa.  
Sed debilis calor non potest materiam ita eleuare, sed operatur secundum materie  
exigentiam †uniformiter† et ita facit figuram rotundam, et propter hoc, quia in  
245 auibus est fortis calor, in piscibus uero debilis, oua sunt semper oblonga in auibus,  
rotunda autem in piscibus.

Ad duodecimum dicendum quia calor temperatus dealbat sicut patet in lacte  
et spermate, et propter hoc quando in auibus est calor temperatus testa ouorum est  
alba, quando autem in aliqua parte oui est temperatus in aliqua †extendens† ouum  
250 in aliqua parte sui est album, et in alia nigrum uel rubeum.

Ad tertium decimum dicendum quod fortis calor est distinguere et  
separare partes et quia in auibus est fortis calor, in piscibus debilis, propter hoc in  
auibus est album diffinitum ad uitellum, in piscibus non.

Ad quartum decimum dicendum quia quando ignis est ita fortis quia plus  
255 resoluit quam consummat, tunc funduntur oua in igne per eleuationem uentositatis  
sicut uidemus in castanea que sonat quando habet magnum ignem, non autem  
quando habet temperatum. Sed quando est calor temperatus, quia †tamen† resoluit  
quantum consummit tunc non funduntur oua.

Ad quintum decimum dicendum quod oua piscium faciunt extrepitum †ad  
260 ignem† propter uentositatem que exit per paruum foramen, quia in huiusmodi oua

---

240-241. et propter hoc ex ouo accuto generantur masculi, ex rotundo generantur femine *mg.*

248-249. testa ouorum est alba, quando autem in aliqua parte oui est temperatus *mg.*

256-257. que sonat quando habet magnum ignem, non autem quando habet temperatum *mg.*

sunt ualde parua et uentus exiens per paruam foramen facit sonitum sicut patet in bumba.

Ad sextum decimum dicendum quod oua partite laxant per uiam indigestionis, quia omnia sunt frigida et sicca, et mali nutrimenti repudiantur a natura et cum egestionibus eiciuntur et ita †per accidens† laxant.

265



## Questio secunda

### *Et quadrupes generans animal.*

Hic restat dicere de proprietatibus coytus.

1. Primo utrum scilicet in coitu sunt animalia audatia et bellicosa. Quia dicit  
5 Auicenna in suo libro *De anima*, quia una uirtus retrahit aliam in sua operatione,  
ergo in coitu animalia non sunt iracundia sed pacifica.

Propterea irascibilis contrariatur concupiscibili ergo in coitu intendatur  
concupiscibilis, remittitur irascibilis, ergo et cetera.

Contrarium dicit philosophus quod in coitu fiunt animalia audatia et  
10 bellicosa, quod concedo, quod audatia uenit ex fortitudine uirtutis et confidentia de  
se ipso, et quia in hora coitus est †incitatus spirituum† et caloris, concitatur uirtus  
et confidunt animalia de se ipsis et sunt audacia.

Iterum fortis ymaginatio ad coytum calefacit et desiccatur corpus et generat  
maniacam confidentiam, sicut complexio colerica in colericis secundum quod dicit  
15 Galenus.

Ad primum in contrarium dicendum quando due uirtutes sunt respectu  
eiusdem, una retrahit aliam a sua operatione. Si enim habeo fortem concupiscibilem  
circa aliquam rem quam diligo necesse est quod habeam debilem irascibilem circa  
illam rem. Vnde quia concupiscibilis in hora coitus est fortis circa rem dilectam, ita  
20 est debilis uel †nulla† circa eandem rem. Sed contra res alias non operatur quia  
diminuatur irascibilis. Per hoc patet solutio ad secundum.

Iusta hoc queritur quare in coitu masculus armatur /265ua/ †ad bellandum†  
et non femina.

---

1. questio secunda *mg.*

Et quare appetitus coitus debilitat appetitum cibi.

Et quare coitus facit homines liberales etiam si fuerint auari. 25

Et quare isti qui sic sunt carnales, citius mouentur ad bonum, ut ad intrandum religionem uel dandum elemosinam uel etiam aliquod aliud bonum quam alii.

Ad primum dicendum quod mas plus potest imprimere quam femina recipere. Vnus enim mas in una septimana posset impregnare decem feminas. Sed 30 una in anno non impregnatur nisi semel, et propter hoc femina quando concipitur, non curat iam de coitu, propter quod mulier etiam non appetitur ita ardentem sicut prius. Sed uir appetit et post coitum sicut prius et quia timet ne impediatur ab aliis animalibus pugnat cum illis femina autem non, dicta de causa.

Iterum natura dedit armaturam masculis, mas enim, sicut scribitur in octauo, 35 est ad tutelam femine et non conuertitur, et propter hoc et cetera.

Ad secundum dicendum quod calidum mouet a centro ad circumferentiam quia ergo calidi est dispergere, et calor incitatur in coitu, fiunt homines liberales et dispergunt res suas.

Iterum natura illis facit quod sicut homo mouetur ad generandum sibi 40 simile, sic mouentur ad conseruandum. Mulier autem conseruat puerum quantum ad nutrimentum, et homo ex ordine nature mouetur ad eum conseruandum largiendo de rebus suis.

Ad tertium dicendum quod, sicut dicit Galenus, morbus qui de facili uenit, de facili recedit, et quia istud peccatum de facili uenit cum habeat principium 45 intrinsecum, sicut de facili uenit, sic de facili recedit, et propter hoc tales cito mouentur ad bonum.

Secunda causa est quod sentiunt defectum in ipsis, corriguntur et intrant religionem.

---

32. in muliere *M*

39. dispergunt *M*

50 Tercia causa est quia istud peccatum magnum est excusabile erga deum  
quam alia peccata causit ex principio intrinseco.

2. Ultimo queritur circa hoc quare animalia sunt mobilia in hora coitus sicut  
dicit philosophus et Galenus.

Ad hoc dicendum quod una causa est quod querunt locum et tempus  
55 opportunum. Locus enim et tempus faciunt multum ad coitum. Vnde ille qui uult  
uitare coitum, debet uitare locum et tempus, istud enim bellum uincitur in fugiendo.  
Vnde uersus: *qua spes est Martis, cedit uictoria partis, †Tripris† eo Marte uel ea  
deuincitur arte, †parti† sunt homines quod uicunt fugiendo eo quod obtime  
sagittant, et uicunt homines in fugiendo.* †Tripris† est nomen meretricis et accipitur  
60 ibi generaliter pro luxuria.

Secunda causa est motus spermatis interius, quia enim humores mouentur  
interius, sequitur motus exterior corporis.

3. Postea queritur utrum auster uel boreas plus conferat ad generationem,  
quia uita stat per calidum et humidum, ergo cum in generatione fundatur uita, hoc  
65 erit maxime per uentum calidum et humidum, auster huiusmodi, ergo et cetera.

Contrarium dicit philosophus quod boreas multum confert ad generationem,  
unde animalia melius generant flante borea quam flante austro.

Iusta hoc queritur quare complexio calida et humida et regio similiter sunt  
ad bonum in regimine sanitatis. Ventus autem calidus et humidus est ad malum.

70 Ad hoc dicendum quod uentus generatur ex uapore eleuato a terra, et  
propter hoc complexio naturalis uenti est frigida et sicca. Si sit calida et humida,  
hoc est per accidens, auster enim est calidus et humidus, quia transit per multa  
maria et concipit humiditatem accidentalem, et propter hoc uentus calidus et  
humidus nocet hominibus. Sed complexio calida et humida, que naturaliter est in  
75 cibo uel in regimine, competit in regimine sanitatis. Per hoc patet solutio ad

---

53. tempus *lituratum*

57-60. Nota †honus uersus† *mg. alia manu*

61. mouentur *mg.*

66. quam *lituratum*

primum. Licet enim auster sit calidus et humidus, talis tamen caliditas et humiditas aduc causa †nec† ad generationem cum sit accidentalis.

### Questio tertia

*Et debemus etiam scire quoniam non pinguescunt omnia animalia et cetera.*

Circa septimum librum adhuc queritur de motu nature ab uno extremo ad  
5 aliud per medium et.

1. Queritur primo utrum sit medium inter uiuens et non uiuens, quia dicit philosophus in libro *Posteriorum* quod contradictio est oppositio, cui non est medium secundum se, sed uiuens et non uiuens sunt contraria, ergo inter ipsa non est medium, ergo non est ponere medium inter mixtum et planta.

10 Sicut natura mouetur a mixto ad plantam, sic mouetur ab elementis ad mixtum. Sed inter elementa et mixtum, non est medium ergo similiter inter mixtum et plantam non erit medium.

Contrarium autem dicit philosophus in principio VII quod natura paulatine egreditur a mistis usque ad plantas uel animalia, non plantis usque ad animata.

15 Propterea dicit Georgius Nazerenus quod hic est ordo nature inter elementa et mixtum: nichil enim medium inter mixtum et plantam, sunt media fungi et ¶tu..lies† inter uegetatiuam et sensitiuam carentia sensu et spongia, inter animal et hominem pueri.

Propterea dicit philosophus in libro *Phisicorum* quod non est transire ab uno  
20 extremo ad aliud extremum nisi per medium, ergo est ponere medium inter uiuens et non uiuens.

---

1. questio tertia *mg.*; 4. primo *lituratum*; adhuc *mg.*  
11. sed *expunctutum*; meduum *M*

Postea queritur utrum sit medium inter uegetatiuam et sensitiuam quia dicit philosophus in multis locis quod per habere sensum differt animal et non animal. Sed inter habere sensum et non habere nichil est medium, ergo inter animal et non animal nichil est medium. 25

Propterea medium participat naturam e presentia extremorum. Sed impossibile est formam spiritualem misceri cum corporali, ergo impossibile est quod aliquod medium participat naturam sensitiui et uegetatiui.

Contrarium dicit philosophus quod animalia rupibus adherentia est medium, et etiam spongia inter plantam et animal. 30

Propterea inter uegetatiuam uirtutem et sensitiuam est medium uirtus uitalis, ergo inter uegetatiuum et sensitiuum est ponere medium.

**/265ub/** Post queritur utrum inter brutum et hominem sit ponere medium, quia medium in numero et in specie differt ab extremis. Sed puer non differt ab homine nec in numero nec a se ipso quando est homo, ergo puer non est medium inter hominem et brutum. 35

Contrarium dicit philosophus in principio VII, ubi dicit quod non est differentia inter animam pueri et animalium. Et ita communicat puer cum brutis, et similiter cum homine, ergo puer est medium inter brutum et hominem.

Iusta hoc queritur quare media inter mistum et planta sunt uenena et non inter plantam et brutum. 40

Ad hoc dicendum quod quoddam est medium per distanciam, quod equaliter distat ab extremis, sicut centrum respectu circumferentie. Quod autem est medium per abnegationem utriusque extremi, sicut medium siue neutrum in primo significato est medium inter sanum et egrum. Quod autem est medium secundum situm, ut inter duos digitos est tercius medius. Et est quoddam medium per participationem extremorum, et hoc est dupliciter: uel per participationem proprietatum uel essentie extremorum. Si essentie hoc est dupliciter: uel enim 45

---

24-25. sed inter habere sensum et non habere nichil est medium, ergo inter animal et non animal *mg.*

35. nec *add.*

medium participat totam essentiam utriusque extremi, et sic est medium in  
50 naturalibus ut in saporibus et caloribus, aut medium participat partem essentie  
utriusque extremi et non totam essentiam, et sic est medium in moralibus. Largus  
enim partem accipit a prodigo, scilicet dare danda, partem etiam ab auaro, scilicet  
retinere retinendo. Nullo istorum modorum est medium in processu nec nisi  
solummodo illo quo dicitur medium per participationem proprietatum. †Tu...lies†  
55 enim et fungi participant naturam mixti et plante, quia habent proprietates  
utriusque, eodem modo est de medio inter plantam et animal et inter animal et  
hominem.

Ad primum argumentum dicendum quod inter uiuens et non uiuens non est  
medium cum sint contraria contradictoria nisi secundum proprietates, et cetera.  
60 Philosophus dicit: contradictio est cuius non est medium secundum se loquitur de  
aliis mediis mediorum.

Vel dicamus quod hec est natura accidentis inter uiuens et non uiuens non  
est medium, ergo inter mixtum et plantam non est medium, sicut hoc, inter nigrum  
et non nigrum non est medium, ergo inter album et nigrum non est medium.

65 Ad secundum dicendum quod inter elementa et mixtum est medium, quia  
easdem proprietates habent mixtum et elementa, sicut enim in elementis est forma  
extensibilis secundum extensionem materie, similiter in mixtis. Sed mixta et  
plante habent oppositas proprietates, in mixtis enim est forma extensibilis  
secundum extensionem materie. In plantis est forma non extensibilis secundum  
70 extensionem materie, et propter hoc inter ista est medium, inter alia non.

Per hoc patet solutio ad secundum quesitum, est enim ibi medium  
participatione proprietatum. Sed non ualet hoc argumentum, inter uirtutem  
uegetatiuam et sensitiuam, est medium uirtus uitalis, ergo et cetera, quia quod,  
licet uegetatiuum et sensitiuum medium habeant secundum ueritatem prout in  
75 subiecto eodem sunt, scilicet in homine, non tamen habent in diuersis sui subiectis,

---

65. est medium *add.*

ut in animali et in planta, nisi solum secundum proprietates. Per hoc patet solutio ad tertium quesitum.

Ad quartum dicendum quod media inter mixtum et plantam, inter res animatas maxime distant a corpore humano, propter hoc sunt ei uenena plus quam alia media. 80

2. Iusta hoc queritur utrum ista media plus redducantur ad extremum iniziale quam finale. Quia dicit philosophus in libro *Phisicorum* per quod omnis motus plus habet de termino ad quem, ergo ista media plus redducuntur ad terminum a quo quam ad terminum ad quem.

Contra fungi et †tu...lies† augmentantur et uegetantur quod non faciunt mixta, ergo plus sunt plante quam mixta. 85

Primum animalia carencia sensu et spongia sunt simpliciter animalia, licet habeant aliquas proprietates plantarum, et puer simpliciter est homo, licet participat aliquas proprietates brutorum, ergo plus reducantur ad terminum ad quem quam ad terminum a quo, quod concedo. Vna causa est quia terminus ad quem secuntur per semper in processu nature, est magis completus quam terminus inicialis. Secunda causa est quia ista media simpliciter sunt in uno extremo et participant proprietates alterius, et quia posterius participant et naturam prioris et non conuertitur, sicut homo participant proprietates animales et non e contrario. Et propter hoc ista media simpliciter sunt in termino finali, sed participant proprietates termini iniciali. 90 95

Iusta hoc queritur de ordine nature, utrum natura incipiat a prioribus simpliciter. Quia dicit Aueroys quod fini respondet causa materie principium, sed causa prius est causato, ergo finis prius est simpliciter omnibus aliis. Sed natura procedit ab elemento ad mixtum, a mixto ad uiuens, et sic usque ad homines bene dispositos, similiter idem est prius simpliciter et prius apud homines bene dispositos. Sed homines discreti et bene dispositi prius consciderant finem, ergo finis prius est simpliciter, cum ergo natura procedat ab aliis usque ad finem. Manifestum est quod natura procedit a posterioribus ad priora simpliciter. 100

---

83. quam *M*; quem *add.*



Contrarium autem dicit philosophus in libro *Phisicorum* quod natura  
105 procedit a prioribus simpliciter ad posteriora.

Propterea natura procedit ab elemento ad mixtum, ab mixto ad uiuens et a  
uiuente usque ad animal et ab animali ad hominem. Semper unum supponit alterum,  
ergo procedit a prioribus simpliciter.

Propterea dicit philosophus †motta imo† *Prime philosophie* quod potencia  
110 tempore et natura antecedit rerum, sed in processu nullo semper unum est in  
potencia ad alterum, ut alterum ad mixtum et sic deinceps, ergo natura procedit a  
posterioribus simpliciter.

Iusta hoc queritur quomodo finis est prior natura, et similiter quomodo  
materia est prior natura.

115 Ad hoc dicendum quod duplex est potentia, prius natura et tempore, et hoc  
est prius secundum ueritatem et ab hoc priori incipit natura, est prius nobilitate et  
intentione, et, sicut finis, prius est omnibus aliis, quia finis primo intenditur /266ra/  
et omnia alia sunt post finem. Dico ergo quod nobilitate et diffinitione finis prior est  
aliis, tamen natura et tempore alia antecedunt finem et secundum hunc ordinem  
120 procedit natura.

Ad primum in contrarium dicendum quod secundum dubium finis est causa  
causarum, et prior omnibus, loquendo de priore nobilitate et diffinitione, quia  
omnia fiunt propter finem, et sic loquitur Aueroys. Tamen secundum ueritatem  
efficiens prior est postea materia et ultimo finis, et hic ordo est in processu nature.

125 Ad secundum dicendum quod philosophus loquitur ibi de priore nobilitate  
et diffinitione, cuius signum est quod dicit istud uerbum in sexto *Topicorum* ubi  
tractat de diffinitione.

**3.** Postea queritur de regimine animalium a parte cibi.

Et primo de uirtute regitiua.

130 Secundo de cibo.

---

107. a homine *M*

117. intentionem *M*; 121. dubio *M*

Contra primum quero utrum conseruatio corporis sit a uirtute regitiua, ita quod uirtus regitiua sit in omnibus que exierunt in esse. Et arguo sic. Dicit philosophus quod forma dat esse rei et conseruationem, sed forma que dat esse, substantia et non uirtus, ergo conseruatio ista est a substantia et non est a uirtute.

Propterea ex isdem est res et conseruatur in esse, teste philosophi. Sed corpus erit in esse per formam que est substantia, et hoc probat philosophus, quia ex non substantiis non fit substantia, ergo conseruatio rei est a substantia et non a uirtute. 135

Contra Constantinus reduxit regitiuam corporum ad uirtutem naturalem.

Propterea scribitur in libro *De motu cordis* quod primi actus egrediuntur a rei substantia, sicut uiuet ab anima, sed secundi actus egrediuntur a uirtute. Ergo cum conseruare rem sit actus sensus, quia esse est actus primus, sicut uiuere est in uiuentibus, ergo sicut in uiuentibus. Cum conseruare uitam est actus secundus, similiter conseruare esse erit actus secundus, ergo conseruatio rei est a uirtute regitiua. 140 145

Propterea dicit Haly quod in omnibus habentibus esse est uirtus regitiua suum esse.

Iusta hoc queritur ad quam uirtutem reducit uirtus conseruatiua in homine. Quia dicit Haly quod uitalis est sicut radix, naturalis et animalis sunt sicut stipites, ergo uirtus regitiua redducitur ad uitalem. 150

Contrarium autem dicit Constantinus quod redducitur ad naturalem.

Propterea dicit Galenus quod eadem natura est que regit corpus, et uadit contra morbum. Sed uirtus naturalis digerit morbos, sicut ipse dicit, ergo uirtus regitiua redducitur ad naturalem.

Ad primum istorum dicendum quod multiplex est conseruatio rei. Vna conseruatio est a sua forma intrinseca, et hec conseruatio non est a uirtute sed est per presenciam forme, ut per presenciam luminis conseruatur dies, per eius absenciam fiunt tenebre, et hec conseruatio fit in quolibet mixto et etiam in 155

---

135. i- *expunctuatum*

elementis. Et etiam alia conseruatio a uirtute superiori extrinseca, ut intelligentia  
160 conseruatur in esse a uirtute prima. Et si primum retraheret sua influencia  
conseruandi, res in nichilum redderent, sicut ex nichilo uenerunt. Est etiam quedam  
conseruatio que idem est quod restauratio deperditu et, sicut conseruantur omnia  
uiuencia per nutrimentum, et hec conseruatio est a materia. Est etiam quedam  
conseruatio per quam aliquid conseruatur fugiendo contrarium, et hoc modo  
165 conseruatur animalia per tactum.

Per hoc patet solutio ad argumenta.

Ad primum dico quod sine dubio illa conseruatio que est a forma, non a  
uirtute, unde ex isdem est res et conseruatur. Vnum est ad conseruationem que fit  
per formam intrinsecam. Et per hoc patet solutio ad secundum.

170 Ad alium quesitum dicendum quod uirtus regitiua tamquam ad primam  
radicem reducit ad uitalem, tamen immediate reducit ad naturalem, et sic  
loquitur Constantinus.

4. Postea queritur de cibo, et primo quedam questiones generales.

Secundo autem quedam questiones speciales.

175 Et primo queritur de necessitate cibi absolute.

Secundo comparatiue.

Circa primum sic: nobiliori forme debetur nobilior operatio, sed nobilior est  
forma in uiuentibus quam in mixtis uel elementis. Ergo si elementa et mixta  
possunt conseruari in esse sine cibo, forciori ratione et uiuicia.

180 Propterea dicit etiam quod in elementis sunt qualitates ultime, et in  
elementis autem fracte, ergo forcior est calor in igne quam in uiuentibus, forciori  
ratione requiritur nutrimentum in igne, cum ibi sit forcior calor e calidi sit  
consumere. Sed ignis non indiget nutrimento ergo similiter nec uiuicia, ergo  
cibus non est neccessarius.

185 Contra dicit Ysaac in libro *De elementis* quod calidum maxime est actiuum,  
calidum enim agit in subtilem consumendo et in obiectum alterando. Alie qualitates  
solum agunt in obiectum, ergo cum calor consumat suum obiectum in uiuentibus,

magis erit consuptio et deperditio, cum sit ibi fortis calor, ergo indiget restaurari. Sed hec fit per cibum, ergo cibus est necessarius.

Propterea dicit philosophus in libro *De morte et uita* quod calor phisicus 190 non cessat depascere humidum nostri corporis ergo non indiget restaurationem per nutrimentum, ergo cibus est necessarius in uiuentibus.

Quod concedo et dico quod calidum igneum aut est in materia propria, et sic non consumit suam materiam quia penitus est ei similis et nullo modo contraria, et sic est calor ignis in sua specie propria. Aut est in materia aliena, et sic semper 195 consumit suum subiectum, donec faciat uel fiat ei similis, et hoc non potest esse donec destinatur penitus mixtum et reddeat ad naturam simplicis, quia ergo calor in nostro corpore est in materia aliena, semper consumit suum subiectum, et ita indigemus nutrimento ad sui restitutionem deperditi. Mixta autem uel elementa non indigent nutrimento. Quia philosophus dicit quod eius, qui nutritur, quelibet pars 200 nutritur, nutrimentum autem non potest moueri ad quamlibet partem secundum omnes dimensiones, nisi secundum uirtutem anime. Et propter hoc sola uiuencia nutriuntur et non elementa uel mixta.

Per hoc patet solutio ad primum argumentum. Dico enim quod elementis et mixtis non est inmanifesta consumptio sicut in homine et in uiuentibus. /266rb/ 205 Iterum natura non est insolita circa conseruationes imperfectas in conseruatione nature cum mixta non sint nisi propter uiuencia, et propter hoc mixta et elementa non conseruantur per cibum, sed per presenciam sue forme, sicut uisum est prius.

Ad secundum dicendum quod ignis licet sit corpore, tamen non profuit propriam materiam sed alienam, sicut uisum est. 210

Postea queritur de cibo in comparatione, et primo in comparatione ad anelitum.

Secundo in comparatione ad potum.

---

194. consumitur *M*; 202. uiuenciam *M*  
205. inmanifestam *ultima* -m *expunctuata*

215 5. Circa primum sic: in omnibus animalibus est cibus necessarius, sed non hanelitus, ergo magis est necessarius cibus quam hanelitus.

Propterea naturalis uirtus prior est quam uitalis et naturalis, et non conuertitur, ergo cibus qui respondet uirtuti uitali.

Contra anelitus est propter uitam, cibus autem propter continuationem uite, ergo hanelitus magis est necessarius quam cibus.

220 Propterea dicit Constantinus in *Pantegni* quod ille exit a creature, primo atrahit aera, secundo petit potum, tercio autem cibum, ergo et cetera.

6. Circa secundum sic: propter quod unumquodque tale et illud magis sicut scribitur in libro *Posteriorum*. Sed dicit Iohanitius quod potus est propter cibum ut defferat nutrimentum per membra, ergo cibus magis est necessarius quam potus.

225 Propterea cibus confert corpori quia reprimit calorem et quia restaurat deperditum. Sed potus stilum reprimenda †calidiora†, ergo cibus magis est necessarius quam potus.

Propterea in quibuscumque animalibus est cibus, in eisdem est potus, quia multe sunt aues que non potant, tamen commedunt, ergo cibus est magis  
230 necessarius quam potus, similiter potus quam cibus, sicut hanelitus est magis quam potus, similiter potus quam cibus.

Propterea potus uadit contra causam, cibus contra effectum. Nam cibus non esset necessarius, nisi calor consumet humidum nostri corporis. Vnde cibus uadit contra consumptionem que est effectus caloris restaurando deperditum, sed potus  
235 immediate ouiat calori primum refrigerando, ergo magis est necessarius potus quam cibus.

Ad primum dicendum quod quedam sunt animalia facta re carentia sanguine, et illa non habent pulmonem, et in illis magis est necessarius quam hanelitus.

240 In animalibus calidis que habent sanguinem et pulmonem est e contrario. Per hoc patet solutio ad primum argumentum.

Ad secundum dicendum quod in diuersis subiectis prius est uirtus naturalis quam uitalis, nam in quibuscumque est uitalis et naturalis et non e contrario. Tamen in eodem sicut in homine, prius est uitalis quam naturalis, cum uitalis sit radix aliorum. Haly. 245

Ad secundum quesitum dicendum quod potus est magis neccessarius quam cibus, et pono pro causa rationes probantes hoc.

Ad primum in contrarium dicendum quod potus sine dubio difert nutrimentum per membra sed hoc non est suus finis ultimus, inmo ut inroret membra et alteret calorem et prohibeat consumptionem humidi radicalis, sicut oleum prohibet consumptionem humidi radicalis, quod est in licinio quod manifeste apparet in lampade. Per hoc patet solutio ad secundum. 250

7. Postea queritur utrum corpus humanum possit nutriri ex sinplicibus, quia ex isdem sumus et nutrimus, scilicet ex elementis sumus, ergo ex elementis nutrimur. 255

Propterea dicit Ysaac in principio †*Dietarum*† quod idem est elementum morbi et nutrimenti. Et Auicenna dicit quod apostema aut est ex humiditate aut ex uentositate aut ex aquositate. Ergo secundum Auicennam morbus potest esse ex aquositate simplici. Sed idem est elementum morbi et nutrimenti, ergo simpliciter potest nutrire. 260

Propterea dicit Ypocrates in *Regimine accutorum* quod pauca aqua non est danda febribus, quia conuertetur †in genus† colericum. Vult ergo Ypocrates quod ex aqua sinplici possit fieri morbus, sed idem est elementa morbi et nutrimenti, ergo simpliciter potest nutrire.

Propterea dicit philosophus in hoc libro et alibi quod pisces qui sunt in mari nutriuntur ex aqua dulci, ergo simpliciter nutrit. 265

Propterea dicit communis opinio dicit quod quatuor sunt animalia que uiuunt ex quattuor elementis. Vnde uersus quatuor ex istis uitam ducunt elementis. †Si... unda† fouet, gumaleon aera uiuunt. Talpam terra fouet. Salamandra uiuit in igne. 270

Contra sapor est medium in nutrimento, sed sapor non est in simplicibus, ergo simplex nutrit.

Propterea dicit philosophus in libro *De sensu et sensato* quod omnia nutriuntur dulci in simplicibus non sapor, ergo simplex non nutrit.

275 Propterea Ysaac arguit quod sicut nutritum est ad restaurationem deperditi, sed quiquid deperditur est mixtum, ergo solum mixtum nutrit et non simplex.

Propterea dicit Auicenna in suo libro *De anima* et arguit sic: uita stat per distanciam a contrarietate. Sed in simplicibus est maxima contrarietas, cum sint ibi qualitates ultimate et in elementis fracte. Ergo cum nutrimentum sit ad  
280 conseruationem uite, solum compositum nutrit et non simplex.

Propterea philosophus in secundo *De generatione* sic arguit: ex isdem sumus, ergo ex mixtis nutrimur et non simplicibus.

Et quod concedo et pono istas rationes pro causa.

Ad primum contrarium dicendum quod ex isdem sumus et nutrimur. Verum  
285 est immediate, unde immediate sumus, ex mixtis nutrimur.

Ad secundum dicendum quod, cum dicit Ysaac, idem est elementum morbi, loquitur de morbo uniuersali, sicut est febris que fit ex humore, similiter nutrimentum ex humoribus.

Apostema autem est morbus particularis, et propter hoc tu non obicis.

290 Per hoc patet solutio ad tertium. Ypocrates enim non uult dicere quod aqua conuertatur in coleram materialiter, sed effectiue conuertitur ita genus colericum, sicut enim aqua in stuphis calefacit stuphas incitando calorem et fumos calidos multiplicando multimodo, similiter aqua frigida multiplicat calorem febrilem, et sic conuertitur in genus colericum.

295 Ad quartum dicendum quod pisces non nutriuntur ex aqua dulci, sed per eam reffocilantur, et nutriuntur ex aliquo reperto in illa aqua.

---

275. quod *add.*; 277. et *add.*

293. febilem *M*

Nihil dicamus quod licet aqua ex qua nutriuntur pisces non sint mixta tamen non est simplex, sed ad mista.

Iusta hoc queritur quare mixtum potest reddigi in naturam simplicis, ut si corpus tuum tanto esset in igne, statim fierit ignis. Simplicia autem non possunt 300 fieri mixta, ignis enim numquam fiet mixtum nec alia elementa.

Ad hoc dicendum quod una causa est quod actiue forciores sunt in simplicibus quam in mixtis.

/266ua/ Secunda causa est quia mixtum habet naturam simplicis et non conuertitur, et propter hoc mixtum est in potentia simplex et non e contrario. 305

Postea queritur utrum quodlibet mixtum possit nutrire corpus humanum, quia dicit Auicenna quod quedam sunt que inmutantur et non inmutantur, sicut cibus, quedam que inmutant et inmutantur, sicut materie, quedam que inmutant et non inmutantur, sicut uenenum. Ergo cum de proprietate cibi sit inmutari, et quedam sunt mixta que non inmutantur, manifestum est quoniam non omne 310 mixtum potest esse cibus uel nutrimentum.

Propterea elementa nutriunt propter distanciam a corpore humano, sed quedam sunt mixta que plus distant a corpore humano quam simplicia. Nullum enim elementum est uenenum. Sed dicit Auicenna quedam sunt uenena a tota specie, quedam a complexione sicut frigida †in quartum† gradum, ergo quedam 315 sunt mixta que non nutriuntur, sicut nec simplicia.

Contra dicit Auicenna quod quedam puella fuit nutrita ex napello quod est pessimum uenenum. Ergo si napelus potest nutrire, formari recte omnia animalia mixta, ergo omne animal mixtum est in potentia ad hoc, ut nutriat corpus humanum, quod concedo. 320

Ad primum in contrarium dicendum quod uenenum, si subiecto dicitur homini et in indecenti quantitate interficit hominem, et tunc agit et non patitur, tamen paulatine per assuefactionem posset homo nutriri ex ueneno et ex quolibet alio mixto, saltem ad tempus, sicut patet de puella que nutrita fuit ex napello.

---

308. a *expunctuatum*



325 Ad secundum dicendum quod actuali complexione plus distant quedam mixta ab homine quam simplicia, tamen essentiali complexione plus distant simplicia quam mixta.

Postea queritur utrum nutrimentum ita possit conuerti corpori humano quod nihil sit ibi de superfluo, quia sicut caro conuertitur nutrimentum in sui specie, 330 similiter sit conuersio elementorum, quoniam generatur unum ex altero. Sed in illa conuersione totum conuertitur ita, quod nihil est de superfluo, ergo similiter in conuersione nutrimenti.

Propterea philosophus dicit in libro *De somno et uigilia*, in principio cuius est potentia, eiusdem est actus. Sed quelibet pars nutrimenti est in potentia ad hoc, 335 ut conuertatur, ergo nutrimentum ita conuertitur quod nihil est de superfluo.

Contra dicit Ysaac quod nihil est ita simile corpori humano quod penitus asimiletur ei in nutriendo.

Propterea in quolibet membro sunt quattuor uirtutes, scilicet attractiua, retentiua, digestiua et expulsiua, ergo nullum nutrimentum penitus asimilatur 340 corpori humano.

Quod concedo.

Ad primum autem in contrarium dicendum quod non est simile, nam spoliata forma elementi remanet puta materia, que nullo modo resistit actioni, et propter hoc meum elementum secundum se totum conuertitur in aliud. Non sic 345 autem est ex nutrimento, quia spoliata specie nutrimenti non remanet materia pura sed remanet complexio que non potest frangi, per quam alterat corpus humanum. Et propter hoc cibus ex toto non potest asimilari corpori, inmo aliquid abicitur in prima digestionem et aliquid in secunda et in tertia depuratur nutrimentum ulteriora depuratione, semper enim una digestio procedit depurando respectu alterius.

350 Ad secundum dicendum quod quedam est potentia actiua et formalis, et de illa uerum est quod cuius est potentia, eiusdem est actus. Vnde illius eiusdem cuius

---

328. conuerti *add.*

343. sponliata *M*; transsit *expunctuatum*

est potentia †curendi† est cursus. Est etiam alia potentia passiuua et naturalis et de hac non est uerum, nam materia in potentia est ad infinitas formas, tamen numquam erunt actus talis potentie quia ergo nutrimentum est in potentia ad corpus in paciendo et materialiter, et propter hoc illa actiuas non ualet in propositioni. 355

Postea queritur utrum aliquod nutrimentum sit determinatum animalibus et uidetur quod sic, quod Ysaac dicit quod turdi et coturnices uiuunt ex iusquiamo, et tamen iusquamus interficit hominem, ergo aliquod nutrimentum est determinatum.

Contra dicit philosophus quod diuersitas ciborum, et hoc in lectione hodierna, impinguat porcos quantum ad alia animalia, ergo animalia non habent cibum determinatum. 360

Propterea dicturus est in hoc libro quod homo non est determinatus ad aliquod nutrimentum, et propter hoc philosophus dicit quod diuersificatur nutrimentum in homine quam est in aliis animalibus, sicut nec ad aliquem habitum.

Iusta hoc queritur quare homo est indifferens ad cibaria magis quam alia animalia. 365

Et etiam quare magis animalia generancia quam aues.

Ad primum istorum dicendum quod nullum est nutrimentum determinatum, nam omne mixtum in potentia est nutrimentum et unumquodque animal eligat sibi nutrimentum conueniens magis. 370

Ad secundum quesitum dicendum quod una causa est quod diuersitas membrorum maior est in homine quam in aliis animalibus, et propter hoc philosophus dicit quod diuersificatur nutrimentum in homine quam est in aliis animalibus.

Secunda est quia homo habet iudicium magis discretum, et propter hoc habet nobiliorem appetitum et appetit diuersa, non sic autem est in aliis animalibus, 375

---

354. a *M*

353. quod *add.*; 357. homine *M*

363. dicit quod *add.*; 367. nutri *M*

372. hoc *add.*; 373. dicit quod *add.*

quia porcus et canis et alia generancia magis assimilantur homini quam aues, et propter hoc minus determinant /266**ub**/ sibi nutrimentum quam aues.

8. Postea queritur de modo nutriendi, utrum nutriat a tota specie quia forma  
380 perficit rem et conseruat, sicut dicit philosophus. Sed corpora conseruantur, ergo hoc est a forma et ita a tota specie.

Propterea attractiua ordinatur ad digestiuam, sed membra atrahunt a tota specie, ergo digestiua digerit a tota specie, quare nutrimentum nutrit a tota specie.

Contrarium autem dicit Auicenna quod uenenum operatur a tota specie,  
385 materia a complexione, cibus a materia.

Propterea in operatione a tota specie, sicut est uirtus occulta actiua in agente, sic passiuua in paciente. Vnde ferrum atrahitur ab adamante et non aliud metallum. Ergo si nutrimentum conuertitur a tota specie, membra conuertunt nutrimentum a tota specie. Et hoc est falsum, quia membra conuertunt a  
390 complexione, digestiua enim uiget per calidum et humidum, ergo nutrimentum non nutrit a tota specie.

Propterea in operatione a tota specie agens non conuertitur paciens in sui speciem, ergo conuersio nutrimenti non est a tota specie.

Iusta quod hoc queritur utrum remota specie lactuce possit ne remanere  
395 complexio per quam alteret corpus humanum, quia omnem generationem precedit alteratio, ergo antequam lactuca fiat membra uel pars membri alteratur, ergo non potest alterare corpus humanum.

Propterea color sequitur complexionem, substantia speciem. Sed dicit Ysaac quod facilius est dare colorem quam substantiam, ergo facilius est dare  
400 complexionem quam speciem, ergo, priuata specie, priuatur complexio, ergo ex quo lactuca expolliata est a sua specie non potest alterare corpus per suam complexionem.

---

398. quod *M*; 401. sua *M*

Contrarium dicit Auicenna quod quantumcumque asimiletur lactuca semper remanet quedam complexio naturalis que non potest frangi, per quam alterat corpus humanum. 405

Ad primum istorum dicendum quod tota species uno modo dicitur forma completiua rei, per quam res est id quod est. Et sic omnis res naturalis operatur a tota specie, scilicet per presenciam sue forme, et sic non loquitur medicus de tota specie. Alio modo dicitur aliquid operatur a tota specie quando operatur per uirtutem occultam que sequitur totam speciem, ut adamans atrahit ferrum a tota specie, id est per uirtutem occultam que est in eo, non per formam complexiuam speciei, sed per aliquam uirtutem que sequitur speciem. Dico ergo quod nutrimentum non nutrit a tota specie sed a materia, sicut dicit Auicenna, et concedo omnes rationes hoc probantes. 410

Ad primum autem in contrarium dicendum quod forma perfecte et conseruat. Sed talis conseruatio non est a tota specie, nam non appellatur forma uel species sed aliqua uirtus que consequitur speciem totam. 415

Ad secundum dicendum quod non est simile de attractiua digestiua, nam sicut adamans illud, quod atrahit, non conuertit, similiter dico quod membra atrahunt a tota specie nutrimentum, sicut stamnea atrahit coleram et turbit flegma, et lapis lazuli melancholiam, sed tota attractiua non conuertit nutrimentum. Digestiua autem conuertit nutrimentum et quia agens a tota specie, sed non conuertit paciens. Propter hoc digestiua non operatur a tota specie sed a complexione. 420

Ad tertium quesitum dicendum quod lactuca spoliata a sua specie in ipsa asimilatione alterat corpus, sicut dicit Auicenna. Et tu obicis quod prius alteratur et asimilatur penitus corpori, ergo non alterat ipsum. Dico quod non alterat ipsum repectu status in quo est, quia penitus fit ei simile. sed alterat ipsum respectu status in quo erat prius, ut si prius fuit calidus et tertio modo est, est calidum in secundo. 425

---

421. totam *M*

430           Ad secundum dicendum quod complexio sequitur materiam, species  
formam, et quia numquam lactuca ita asimilatur quando remaneat materia, propter  
hoc semper remanet uestigium complexionis in materia, per quam alterat corpus.  
Sed lactuca spoliatur sua forma, et propter hoc spoliatur sua specie. Sed non potest  
spoliari complexione quia non potest spoliari materia, et complexio sequitur  
435 materiam.

### **Questio quarta**

#### ***Et animalia diuersantur secundum loca et cetera.***

Hic restat querere de cibo et potu.

1. Et queritur primo quare si lupo sit uulneratus, alii lupi persecuntur ipsum et uolunt ipsum comedere. 5

Et quare pisces eiusdem speciei comedunt se ad inuicem, non sic autem est in aliis animalibus.

Et quare pisces et aues non ruminant sicut quedam animalia generantia.

Et quare animalia rapacia sunt pessimi nutrimenti licet uiuant de meliori nutrimento quam alia animalia. 10

Et quare aqua pluuialis est dulcis.

Et quare fecundat animalia et plantas magis quam alia aqua.

Et quare aqua pluuialis est stiptica.

Ad primum istorum dicendum quod una causa est quia uident ipsum uulneratum, confidunt de se ipsis et diffidunt de ipso et presumunt quod ipse non potest se defendere. 15

Secunda causa est quia sunt animalia uiuencia de carne et sanguine, et propter /267ra/ hoc quando uident sanguinem in ipso, incitatur eorum appetitus.

Tertia causa est quia ista animalia conueniunt in actu rapiendi, quia hoc est commune omnibus, et propter hoc quando uident aliquem uulneratum, sciunt uel 20 presumunt quod amplius a modo non potest rapere et ideo ruunt in ipsum et comedunt ipsum.

---

1. questio quarta *mg.*

Ad secundum dicendum quod, sicut dicit Galenus, frigidus stans est bonus appettere, et propter hoc, quia pisces sunt frigidi, sunt gulosi et comedunt se ad  
25 inuicem.

Ad tertium dicendum quod pisces non ruminant. Vna causa est quia habent dentes in mandubula superiori.

Secunda causa est quia solum animal comedens erbas ruminat, quia suum nutrimentum est multum remotum a natura corporis. Pisces autem comedunt  
30 carnem siue muscas et uermes que non sunt ita remota.

Tercia causa est quia si pisces ruminarent, appeteret quod sepe aperirent os et ita penetraret aqua usque ad cor et sic interficerentur. Vnde piscis qui habet hamum in hore et habet os apertum, si ducatur per aquam, submergitur sicut aliud animal. Et notandum quod, sicut dicit philosophus, †...stare...† est quidam piscis  
35 qui ruminat, quia comedit herbas in litore et ponit caput extra aquam.

Ad quartum dicendum quod aues non ruminant quia non habent dentes nec digerunt cibum in ore.

Ad quintum dicendum quod animalia rapacia non ordinantur homini in cibum scilicet propter delectationem, ut rapinant alia animalia et inde delecte[n]tur  
40 homo, et propter hoc non sunt boni nutrimenti.

Ad sextum dicendum quod animalia rapacia, quia dentibus rapiunt, oportet quod habeant dentes accutos, et propter hoc eorum dentes sunt lati inferius et accuti superius, et ita est ibi quedam distancia sicut secunda.

Ad septimum dicendum quod sicut dicit Ysaac, senex facillime ferunt  
45 ieiunium, et hoc est quia sunt frigidi. Vnde flegmaticus plus potest ieiunare quam colericus, quia ergo serpentes sunt animalia ualde frigida cuius signum quod abscondunt se in yeme, et propter hoc diu possunt abstinere a cibo.

Ad octauum dicendum quod, sicut dicit Ysaac, dulcedo fundatur in humido aereo et quia aqua pluuiialis fit per eleuationem in aere et commiscetur cum humido

---

28. ruminant *M*; 32. penetraret *M*

aereo et fit dulcis, sicut patet de rore, et quia est dulcis et solum dulce nutrit sicut 50  
dicit philosophus, propter hoc aqua pluuiialis fecundat plantas et alia animalia.

Secunda causa est quia uita stat per calidum et humidum. Aqua autem pluuiialis, quia fit per eleuationem in aere, aliud retrain de calido et humido aereo, et quia aqua pluuiialis est dulcis, propter hoc bene atrahitur a membris et fortiter et quando fortiter attractiua debillitatur expulsiua, et propter hoc aqua pluuiialis est 55  
stiptica.

Tertia causa est quia aqua pluuiialis est ualde subtilis et frigida essencialiter, et in eleuatione per calorem salis concipit quamdam siccitatem et omne semen. Et †siccus† est stipticus et cetera.

2. Postea queritur de potu, et primo de necessitate potus, quia dicit 60  
philosophus quod unumquodque animal appetit sibi, ergo tum potus non debet appeti ab animalibus. Propterea dicit philosophus in secundo *De generatione*: naturam inquinimus desiderare quod melius, ergo cum unumquodque conseruetur in esse per simile, potus autem non sic similis calori animalium, manifestum est quod potus non est necessarius. 65

Contrarium autem uult philosophus quod potus sit necessarius.

Postea queritur utrum potus sit respectu contrarii uel similis, quia dicit Auicenna quod sicut aer resistit calori uitali, fit potus naturali. Sed hanelitus est respectu contrarii, ergo potus est respectu contrarii.

Contra dicit Haly quod distrasia naturalis appetit similia, ergo cum appetitus 70  
potus fit, naturalis erit respectu similis.

Postea queritur utrum appetitus potus sit respectu contrarii in actu uel in essencia, quia dicit Galenus quod unumquodque tale ab eo quod habet in essencia et non in actu, ergo potus est respectu contrarii in essencia.

Propterea contra appetitus potus in homine maxime est respectu uini. Sed 75  
uinum est †calidum†, scilicet in essencia facta in actu, ergo appetitus potus est respectu contrarii in actu et non in essencia.

---

71. respectu contrarii *expunctuatum*



Ad primum istorum quod potus est necessarius et ut diferat nutrimentum ad membra, et ut in cor et membra et reprimat calorem innatum.

80 Ad primum in contrarium dicendum quod quedam sunt que conseruant corpus per se stando deperditam, sicut cibus, et in tali conseruatione appetitus naturalis est respectu similis. Potus autem conseruat corpus in stando deperditum nec paciendo, sicut cibus, sed agendo et alterando calorem. Et quia caloris alteratio fit per contrarium, semper appetitus potus est respectu contrarii.

85 Per hoc patet solutio ad argumenta.

Ad autoritatem autem Haly loquendo quod distrasia naturalis appetat similia, uerum est respectu cibi et non respectu potus, in quantum potus respectu contrarii in essencia et in actu.

Ad hoc autem quod obicitur de uino dicendum quod uinum non est potus  
90 penitus sed cibus et potus sicut dicit Ihoanitus.

3. Iusta hoc queritur quare uinum plus appetitur ab homine quam alius liquor.

Et quare †sitatus† serpentes plus appetunt uinum quam alia animalia.

Et quare serpentes diligunt lac.

95 Et quare generaliter parum aut nihil potant.

Et quare equus appetit aquam turbidam, uaca autem aquam claram de fontibus.

Ad primum istorum dicendum quod /267rb/ uinum calidum fit et siccum citissime conuertitur in naturam caloris et spiritus, et propter hoc quia spiritus sunt  
100 latoras uirtutum, uinum multum confortat naturam et ideo multum appetitur ab homine. Tamen si superflue accipiatur per uiam indigestionis, generat morbos flegmaticos. Flegma nihil aliud est quam primum humidum a cibo indigestum prout dicit philosophus in *Topicis*. Homo autem plus appetit uinum quam alia animalia ratione nobilitatis sui appetitus.

105 †Sitatus† autem serpentes appetunt uinum, quia super animalia ualde frigida parum habent de spiritibus. Vinum autem cito conuertitur in naturam spiritus.

Serpentes autem dilligunt lac quia generatur ex sanguine qui est calidus et humidus et hec animalia sunt frigida.

Ad aliud dicendum quod animalia ouancia parum potant quia oua sunt in eorum matricibus prope stomachum et ex humiditate que est in ouis, et multum 110 humectatur stomachos eorum.

Ad aliud dicendum quod uace habent pulmonem debilem, et propter hoc non possunt bibere et anelare, et habent stomachum fortem, et propter hoc appetunt aquam claram frigidam ut calor qui non potest refrigerari per adnelitum, refrigeratur per aquam. 115

E contrario autem est de equis, habent enim pulmonem fortem et stomachum debilem et multum frigidum. Et propter hoc calor bene refrigeratur per hanelitum nec potat aquam frigidam, claram sed turbidam quia si esset clara et frigida, penetraret per poros stomachi, quem habent debilem, et superflue infrigidaret ipsum. Et propter hoc ex industria eius tanta a natura turbidant siue 120 conmouent aquam cum pede ne eis infera nocumentum.

---

108. a *expunctuata*; 115. refrigeratur *M*; 120. in distancia *expunctuatum*



## LIBER VIII

### Questio prima

#### *Modi animalium diuersantur et cetera.*

Circa lectionem istam duo queruntur: primo de renouatione iuuentutis.

Secundum est de egreditudinibus animalium.

1. Ad primum sic dicit Haly: quod membra radicalia spermatica non 5  
possunt regenerari, sed per consumptionem membrorum radicalium uel senectus,  
ergo iuuentutis non potest renouari.

Propterea dicit philosophus quod caro secundum materiam fluit et refluit,  
caro autem secundum speciem non. Sed in senectute consumitur caro secundum  
speciem, ergo iuuentus non potest renouari. Et nota quod debemus intelligere hanc 10  
autoritatem de †copulato predicamento†. Caro enim secundum speciem fluit quia  
secundum istum fluxum fit processus in etatibus sed tamen non fluit et refluit.

Propterea dicit Auicenna quod materia neminem a morte liberat. Mors enim  
†naturalis† non potest retardari. Sed retardaretur mors si esset renouatio iuuentutis,  
ergo renouatio iuuentutis est impossibilis. 15

---

1. questio prima *mg.*; 3. hic restant quedam querenda adhuc de septimo libro et primo duo.  
Secundo queruntur quedam alia que fuerunt questa circa lectionem precedentem *lituratum*  
5. ad circa *lituratum*; 6. consumptione *M*

Propterea philosophus dicit in libro *De generatione* quod quicquid cadit sub generatione, cadit sub corruptione. Sed si posset renouari iuuentus corporum animalis, non caderet sub corruptione, ergo renouatio iuuentutis non est.

Contra dicit philosophus quod quedam animalia que latent in cauernis, eiciunt senectutem. Sed iecere senectutem non aliud est quam renouare iuuentutem, ergo renouatio iuuentutis est possibilis.

Propterea dicit Auicenna quod tres fere renouant iuuentutem, ergo iuuentus potest remoueri.

Propterea dicit Rasys quod carnes tyri renouant hominem, ergo et cetera.

Ad hoc dicendum quod quedam est senectus naturalis que fit per consumptionem humidi radicalis et loquendo de tali, iuuentus non potest renouari secundum sensum, potest tamen secundum apparenciam, ut serpentes exeunt ueterem pellem et induunt nouam, et uidetur in eis iuuentus renouari secundum apparenciam non tamen ita est secundum uerum. Est etiam quedam senectus accidentalis et hec autem fit per corruptionem substantie, ut in lepra, et tunc carnes tyri competunt quia malam materiam uenenosam extrahunt et faciunt quasi nouum hominem quia de lepsiua faciunt non lepsiua. Aut fit per consumptionem humidi accidentaliter ut patet in ptisicis et hoc renouatur iuuentus per bonum nutrimentum aut per balneum. Aut fit per superfluitatem humiditatis in corpore indigeste propter errorem epatis sicut in ydrope. Et hoc dicit Auicenna quod tres fere renouant iuuentutem quia aquositatem superfluam consumunt et educunt. Per hoc patet solutio ad argumenta.

**2.** Iusta hoc queritur quare scorteia serpentis renouatur et non cutis hominis.

Et quare cerui et aquila et serpentes renouant iuuentutem et non alia animalia.

Et quare uenenum generaliter petir cor.

Et quare saliuua hominis est uenenum bufonis et maxime hominis ieiuni.

---

23. renouari *expunctuatum*; 27. appariencia *M*

31. nouumt *M*; 32. de *M*

Et quare etiam saliuu hominis, Galenus, est uenenum homini.

Et queritur etiam per quam uiam carnes thirie renouant iuuentutem.

Ad primum istorum dicendum quod quedam sunt animalia quorum cutis 45  
generatur †in secundina sicut hac multa†, et in istis sicut membra radicalia non  
possunt renouari similiter, uero cuttis. Sed serpens non generatur in secundina sed  
in ouo et enim cutis fit ex nutrimento et sicut membra generata ex nutrimento  
possunt renouari, similiter cutis serpentis potest renouari.

Ad secundum dicendum quod serpens inter reptilia est animal magis 50  
calidum, aquila inter uolatilia, ceruus inter boues. Propter hoc ista animalia per  
cautelam renouant iuuentutem et non alia.

Ad tertium dicendum quod sicut dicit Auicenna, uenenum a tota specie petit  
cor. Vnde dicit quod attractio quedam est /267ua/ a tota specie, quedam a uacuo et  
quedam a calido, quia ergo, sicut dicunt auctores, cor est fons tocius caliditatis, 55  
cum attractio sit a calido, cor plus atrahit uenenum quam alia membra. Alia causa  
est quia natura uidens quod uenenum est inimicum uite, certius mitit eum ad locum  
ubi natura est forcior. Sed nota quod dicit Auicenna quod generalis aspectus uel  
uniuersus ueneni est ad cor. Sed tamen quedam est aspectus particularis ad alia  
membra ut cantarides ad uesticam, lepus marinum ad pulmonem et †eshustum† ad 60  
stomachum.

Ad quod dicendum quod quantum distat uenenum bufonis tantum saliuu  
hominis a bufone. Et propter hoc saliuu hominis est uenenum bufoni, sicut bufo  
homini, et plus saliuu quam alia pars hominis, quia saliuu uenit a membris  
interioribus ut a pulmone, et ideo habet forciozem effectum et maxime quando 65  
homo est ieiunus, quia cibus occultat operationem saliuue.

Ad aliud dicendum quod, sicut Ysaac, quanto magis aliquid amicabile  
nature, tanto est magis inimicum si destituatur a regione nature. Et propter hoc  
saluu hominis quando est extra, est uenenum homini.

---

57. tercius *M*; certius *add.*

62. sicut bufo *expunctuatum*; 64. ad -d *expunctuata*

70 Ad aliud dicendum quod, sicut membra quando sunt in statu Galenus  
naturali, atrahunt nutrimentum, sicut quando sunt in statu innaturali, atrahunt illud  
Galenus quod debent exonerari a mala materia, et per hanc uiam operatur materia  
in corpore membra, ergo atrahunt carnes tyri, et tyriacha, quia uenenum est, atrahit  
materiam uenenosam lepre, que sibi similis est, uel aliud uenenum, et hoc est a tota  
75 specie. Sed a complexione quia est uenenum ualde calidum et sui attractione salut  
uentrem et secum trahit totam materiam uenenosam, et per hanc uiam renouatur  
iuuentus in homine. Eodem modo facit ceruus, pugnat enim cum serpente et  
comedit partem serpentis. Postea comedit origanum ne moriatur ex ueneno, et  
post bibit aquam in magna quantitate, ut prouocetur fluxa uentris. Eodem modo  
80 facit aquila.

3. Circa secundum queritur quare in piscibus non est morbus pestilecialis,  
sicut in aliis animalibus.

Et quare in animalibus domesticis plus quam in siluestribus.

Et quare in rapacibus minus quam in aliis.

85 Et quare in auibus minus quam in aliis.

Et quare in auibus et uacis plus quam in aliis.

Et quare canibus plus accidit podagra quam in aliis.

Et quare equa propter olfactum candele extincte patitur abortum.

Et etiam hoc est in quibusdam mulieribus sicut dicit philosophus dicens  
90 equa.

Et quare equis plus accidit stranguria quam aliis.

Et quare porcis plus accidunt scrofule quam aliis.

Et quare diaria plus accidit porcis quam aliis.

Et quare diaria in porcis est difficilis curationis uel impossibilis.

95 Et quare uinum datum per inferiora fluxus restringit, datum autem per  
superiora fluxus prouocat.

---

90. uacca *M*; equa *add.*

94. uinum datum *expunctuatum*; 95. iferiora *M*

Et quare animalia rapacia parua et macra sunt in calida regione. Animalia uiuencia de granis et plantis sunt ibi magna et pingua in regione frigida, est e contraio.

Et quare bufones moriuntur ex sale. 100

Item queritur per quam uiam uenit morbus pestilencialis.

Ad primum istorum dicendum quod morbus contagiosus est per infectionem aeris et quia pisces non atrahunt aera, propter hoc in ipsis non est morbus pestilencialis.

Secunda causa quia halutant in aqua, aqua autem mundificat sordes, et propter hoc non ita inficiuntur a rebus putridis sicut cetera animalia. 105

Tertia causa est quia pisces habitant in mari quod est salsum, sal autem preseruata putredine.

Ad secundum dicendum quod societas multum operatur ad contagium. Animalia autem domestica sunt in societate hominum et atrahunt aerem corruptum et infectum. Sed siluestria atrahunt aera magis purum et ideo minus attrahit eis morbus pestilencialis. 110

Secunda causa est quia animalia domestica sunt calida, sunt et humida.

Siluestria autem calida et sicca, et propter hoc domestica magis habilia ad putrefactionem et corruptionem quam siluestria. 115

Et per hoc patet solutio ad tertium, nam rapacia sunt calida respectu aliorum.

Per hoc patet solutio ad quartum, uolatilia enim naturaliter sunt calida et sicca, et atrahunt aera magis pura et munda quam cetera animalia.

Ad quintum dicendum quod aues sunt calide et humide, et calidum et humidum disponit ad putredinem. 120

Item aues et uacce sunt semper in societate.

---

97. al- *expunctuatum*; 119. purum, mundum *M*



Item uace habent pulmonem debilem, sicut dicit philosophus, et propter hoc cito incurrunt per corruptionem pulmonis. Propter istas causas accidit auibus et  
125 uacis morbus pestilencialis plus quam aliis.

Ad sextum dicendum quod sicut dicit Ypocrates eunuchi non podagrizant, et hoc est, sicut dicit Galenus, quia non coeunt nec possunt coire per hoc, per quod coitus est causa podagre. Et quia canes multum coeunt, propter hoc plus accidit eis podagra quam aliis.

130 Secunda causa est quia sunt in continuo motu et fluunt humores ad partes inferiores, scilicet ad pedes.

Ad septimum dicendum quod, sicut narrat Galenus in libro *De interioribus*, quidam ponebant quod matrix esset animal, ut Plato, quia mouetur fugiendo nocciuum, sicut animal. Dico ergo quod in odore candele extincte matrix retrahit se  
135 et est causa aborciendi.

Ad octauum dicendum quod equus continue est subditus homini. Vnde quia homo cogit ipsum, non potest mingere et egerere quando uult, et propter hoc accidit eis stranguria et passio yliaca ex induratione stomacorum et retentione urine.

Secunda causa est quia equus stringitur in uentre per cingulum, quia meatus  
140 redduntur strinctiores et accidit eis stranguria et yliaca.

Tertia causa est quia equus bibit aquam grossam et turbidam, unde si inueniat claram, turbat eam. Et propter hoc quia grossum de facili non potest penetrare, accidit eis stranguria.

Ad nonum dicendum quod porcus est animal frigidus et humidus. Frigidum  
145 autem facit habundare uel materias et calidus diminuit sicut /267ub/ dicit Auicenna. Et propter hoc porcus multas habet superfluitates et maxime in membro frigido et humido, scilicet in cerebro. Emunctorium uero cerebri est in collo et sub faucibus, sicut emunctorium cordis est sub ascellis, et propter hoc ex istis superfluitatibus generantur scrofule, Galenus, glandes plus quam aliis animalibus.

---

124. corruptionem *M*

Per hoc patet solutio ad decimum. Quia enim porci multum habundant in humiditate flegmatica, lubricantur eorum intestina et accidunt eis diaria. 150

Per hoc patet solutio ad undecimum. Quia enim diaria in porcis est cum flegmate, cum porcus sit totus flegmaticus, non potest euacuari materia nisi euacuaretur totus porcus. Et propter hoc cura diarie in porcis est difficilis uel impossibilis. 155

Per hoc patet solutio ad duodecimum. Quia enim diaria in porcis est ex materia frigida et humida, et si iniciatur uinum per clistes, curatur quia uinum est calidum et siccum et cura est per contrarium. Si autem appotuat per os, non restringit, quia non potest uenire ad intestina cum sua uirtute. Hoc quando accipitur per os, plus prouocat fluxum quam restringit, scilicet si iniciatur per clistes nadit ad intestina cum sua uirtute et restringit fluxum, sicut dictum est. 160

Ad decimum tertium dicendum quod animalia rapacia sunt calida, et propter hoc in regione calida sunt parua et macra propter calorem externeum, qui trahit calorem intraneum ad exteriora, et ita est ibi duplex consumptio contraria de causa animalia frigida bene uiuunt ibi, et plante similiter. 165

Secunda causa est quia in terra calida sunt plante magne et multe, et similiter multa grana. Et propter hoc animalia conmedencia plantas et grana sunt ibi magna et pingua. Sed rapacia sunt ibi macra, quia non est copia ibi animalium que debent rapere, in regione frigida e contrario.

Ad decimum quartum dicendum quod sal est penetratum et consumptum, et per hoc bufo quia parum habet de humido radicali, cum sit animal carens sanguinem et est animal rare compositionis, si similiatur, sal penetrat ad profundum et consumit humidum radicale et moritur bufo. 170

Ad decimum quintum dicendum quod quidam sunt morbi hederitatii, qui transeunt de uno in alium ex corruptione seminis sicut podagra, calculus, lepra. Sunt quidam morbi contagiosi qui inficiunt aera. Aer infectus inficit illos sicut ptisis in qua est corruptio pulmonis, et lipam, id est diarie oculorum. Lepra autem 175

---

154. hoc *add.*; 158. atopuatur *M*

utrumque malum habet, est enim morbus hereditarius et contagiosus, et per hoc tales infirmi efficiuntur a commune aliorum plus quam alii infirmi.

## Questio secunda

### *In animalibus uero marinis apparent...*

Propterea res multe et cetera.

Contra octauum et adhuc queritur primo amicitia et inimicitia, †liber loci†  
igitur in animalibus. 5

Secundo autem de moribus et cauteplis animalium.

1. Contra primum primo queritur utrum amicitia et inimicitia sit in  
animalibus, quia amicitia et inimicitia secuntur bonum et malum, utile et inutile,  
sicut dicit Auicenna, quod iste forme sunt separate a sensibus. Ergo cum hominis  
sit accipere formas separatas a sensibus, solum in homine erunt amicitia et 10  
inimicitia, et non in brutis.

Propterea scibitur in libro *De memoria et reminiscentia* quod solum in  
homine est memoria, sed amicitia et inimicitia sequuntur memoriam, ergo solum in  
homine est amicitia et inimicitia, et non in brutis.

Propterea dicit philosophus quod in animalibus est amicitia et inimicitia. 15

Propterea dicit philosophus quod in animalibus est quedam uirtus, sicut  
intellectus in homine, ergo sicut in homine mediante intellectu est amicitia et  
inimicitia, similiter in animalibus mediante extimatiua.

Ad hoc dicendum quod amicitia et inimicitia est in animalibus mediante  
extimatiua, que est suprema in ipsis, sicut intellectus in homine. 20

Ad primum in contrarium dicendum quod, sicut dicit Auicenna, licet bonum  
et malum, utile et inutile sint forme insensibiles, sunt anexe formis sensibilibus.

---

1. questio secunda *mg.*; 2. narraui *lituratum*;

4. adhuc *mg.*

13. et in *expunctuatum*

Ad secundum dicendum quod materia secundum nunc et tunc et in tempore solum est in homine sed memoria magis confuse est in animalibus.

25 Iusta hoc queritur quibus animalibus sit magis amicitia et inimicitia, quia est inimicitia, maxime uiget in piscibus, comedunt enim se omnes ad inuicem, ergo similiter amicitia, quia opposita sunt fieri circa idem.

Ad hoc dicendum quod inimicitia propter nutrimentum est maxime in piscibus, propter coitum in gressibus, propter loca et mansiones in auibus.

30 Ad argumenta dicendum quod opposita nata sunt fieri circa idem, unum est idem genere ut quia solum in animali est amicitia, propter hoc in solo animali est inimicitia. Sed non est unum circa idem specie uel numero, si enim in una est amicitia, impossibile est quod respectu eiusdem in illa specie sit inimicitia.

Vel dicamus quod si sequatur inimicitia est in piscibus, ergo amicitia non  
35 respectu sequitur inimicitia maxima, sed ergo amicitia minima.

Iusta hoc queritur quare inimicitia est inter hominem et serpentem.

Inter hominem et lupum.

Inter agnum et lupum.

Ad hoc dicendum quod serpens odit hominem et e conuerso, quia multum  
40 distant cum unum sit animal nobilissimum et aliud animal uilissimum, et unum interficit aliud et e conuerso. Inter hominem et lupum est inimicitia quia lupus rapit homini suum nutrimentum et substrahit. Homo autem interficit lupum quando potest.

Inter lupum et agnum est inimicitia, quia lupus interficit agnum ut  
45 comedit, agnus autem fugit lupum propter conseruationem sui esse, et cogat lupum esse inimicum mediante sua estimatiua, ut dicit Auicenna, quia per estimationem fugit agna lupum.

2. Circa secundum queritur utrum cautela in animalibus sit ab arte uel a natura, quia dicit philosophus in *Noua ethica* quod a natura est quando asuescit in

---

25. in *M*

46. exstimatiua *M*; 47. exstimationem *M*

contrarium. Sed texere in aranis, mellire in apibus numquam asuescit in 50  
contrarium, ergo inest eis a natura.

Contra dicit philosophus in litera quod apes iuuenes nesciunt operari donec  
asuescant, ergo ista cautela in eis est ab aquisitione.

Ad hoc dicendum quod habitus iste inest a natura eis quam cito enim  
nascitur, aranea habitum naturalem texendi habet et etiam in apis mellificandi. Sed 55  
operari melius uel prius habent ab aquisitione, et quod tu obicis de apibus  
iuuenibus, /268ra/ dico quod habent habitum naturalem operandi. Sed melius operari  
habebunt ab aquisitione, et si non operentur iuuenes apes, hoc non est quia non  
habeant a ratione, sed quia eis est debilis uirtus.

Iusta hoc queritur quare ista cautela uocatur et non sciat. 60

Et quare ouis est animal mite et indiscretum et mansuetum, cum multum  
asimiletur homini in complexione, quia est animal indiscretissimum.

Et quare in pellibus ouinis maxime generantur pediculi et maxime cum  
fuerit transgulata a lupo.

Quare ceruus sit animal discretum cum sit melancolice complexionis et 65  
mores secuntur complexionem sicut dicit Haly et Galenus.

Et utrum in animalibus sanguinis et non sanguinis maior sit cautela, quia  
mores secuntur complexionem, ergo plus in animalibus sanguinis est cautela.

Contrarium dicit philosophus quod aranea est artificior istis.

Propterea formice habent cautela quod preudent sibi de futuro et agregant 70  
sibi cibum in estate, ut substentetur in yeme. Apes habent cautelam faciendi opus  
nobis, scilicet mel quod ualde est dulce.

Ad primum istorum dicendum quod ars et scientia differt in hoc: quia ars est  
in operatione, scientia autem in quiete. Dicit enim philosophus in secundo  
*Phisicorum*, quia anima in sedendo et quiescendo fit sapiens et prudens et quia 75  
cautela istorum animalium sit in operatione, propter hoc dicitur ars et non scientia.

---

65. discretuum -uum *expunctuatum*

71. yme *M*

Secunda causa est quia ars est regula multorum ad unum ubi nec additur nec  
diminuitur et hanc uiam habent septem artes, regulantur enim per sua principia  
propria. Sed scientia est habitus qui potest augeri et diminui, ut medicina,  
80 theologia, decretales proprie dicuntur scientie et non artes, quia continue reccipiunt  
additionem et diminutionem, quia ergo cautela istorum animalium est in operatione  
regulata ad unum, dicitur ars et non scientia.

Ad secundum dicendum quod homo multum habundat in calido et humido  
actiuo et formaliter et propter hoc quia maiores seccuntur complexionem, propter  
85 hoc homo est animal discretissimum et sicut homo habundat in calido et humido  
actiuo et formaliter, sic ouis in calido et humido passiuo materialiter, et propter hoc  
sicut homo est animal discretium, similiter ouis est animal stolidissimum siue  
stultum et mansuetum.

Secunda causa est quia una atrahit aliam a sua operatione, sicut dicit  
90 Auicenna et quia ouis est in operationibus naturaliter, est maxime necessaria,  
propter hoc in operationibus animalibus est maxime remissa ita, quod est animal  
indiscretum et mansuetum. Quod autem in operationibus naturalibus sit maxime  
necessarium, istud apparet, est enim necessarium secundum carnem, secundum  
pellem et secundum superfluitates, ut secundum lanam et omnes alias ipsius  
95 superfluitates, quod non est aliquod aliud animal.

Ad tertium dicendum quod ouis calorem maxime similem caliditati  
hominis, et quia calidum hominis est uniuocuum quando natura non potest generare  
similem homini, facit quod potest, quia non est ociosa, et generat pediculos et  
uermes et quia pellis ouina multum asimilatur calori humano, est generatiua  
100 pediculorum plus quam alia et maxime quando fuit transgulata a lupo, quia cum  
morsus lupi sit uenenosus, imprimat quamdam putredinem in pelle, et propter hoc  
ciccius per putredinem generantur pediculi in pelle.

Ad quartum dicendum quod ceruus est animal discretum per accidens, quia  
enim est animal melancolicum et timidum et quia a quolibet timet, preuidet sibi a  
105 quolibet et est animal ualde discretum.

Ad quintum dicendum quod ista animalia non sanguinea sunt animalia non uelocia in motu, unde non possunt sibi acquirere nutrimentum, et sunt debilia ita quod possunt rapere nutrimentum, et propter hoc natura dedit eis cautelam per quam sciunt sibi acquirere nutrimentum, ut aranea facit telam ut capiat muscas et apes faciunt mel per artificium.

110



**Questio tertia**

***Et debemus scire multas differentias modorum animalium...***

Hic queruntur duo.

Primum est de cautela intelligendo medicinas.

5 Secundo de aliis proprietatibus animalium.

Circa primum queritur primum utrum in animalibus sit possibilis cautela eligendi medicinas.

Secundum est utrum eedem medicine que competunt brutis, possint competere hominibus.

10 Tertium est utrum appetitus naturalis uel innaturalis eodem modo sit in homine et in brutis.

1. Circa primum sic dicit Galenus: quod natura sagax est sagacitate cuius non est finis, ergo sicut homo per intellectum possit eligere medicinas sibi conuenientes, similiter alia animalia que non habent intellectum per naturam  
15 propriam.

Propterea dicit Haly quod distrasia naturalis appetit similia, innaturalis autem contraria. Nam in statu naturali iuuatur per simile. In statu autem innaturali per contrarium. Ergo cum distrasia naturalis et innaturalis sit in brutis sicut in homine, bruta a natura habent cautelam eligendi medicinas competentes, ut cerua  
20 quando uult iuuantes.

Propterea dicit philosophus quod bruta a natura eligunt sibi medicinas competentes ut cerua quando uult parere comedit dragonteam, et capre agrestes in

---

1. questio tertia *mg.*

13. sit *M*

16. statu *expunctuatum*; -naturalis *mg.*

Crete comedunt pulegium ceruinum ad extraendum sagittas, ergo captela eligendi sibi medicinas est brutis a natura.

Contra dicit philosophus quod iuuenes appes non mellificant donec 25  
assuescant, ergo captela in animalibus non est innata, sed oportet quod aquirantur  
sibi artificialiter.

Propterea nobiliori cause /268rb/ repondet nobilior effectus, ergo cum anima intellectiua fluat immediate a primo, sensitiua a natura si sensitiue, sed homo non habet captelam inueniendi medicinas nisi aquirat cum pena et labore, ergo multo 30  
magis nec alia animalia.

Ad hoc dicendum quod medicina aut est contra morbum consimilem, et sic quia distrasia naturalis appetit contraria et causa est per contrarium in brutis et in homine, electio medicine est a natura. Aut est contra morbum officiale, et sic in homine non est electio medicine a nature, sed in brutis. 35

Si sit morbus communis quantum ad peccatum in complexione, est electio medicine in homine a natura, quantum ad peccatum in compositione non.

Per hoc patet solutio ad primum. Natura enim, id est uirtus regitiua, sagax est in elligendo id quod est contrarium in suo medio, scilicet complexioni, ut per contrarium remoueat morbus, sed in morbo officiali non tenet. 40

Per hoc patet solutio ad secundum, nam distrasia innaturalis in complexione semper erit contrarium.

Ad primum in contrarium dicendum quod †operatio† ita innata est apibus, sed melius operari uel cicius habent per asuefactionem et fortifficationem uirtutis.

Ad secundum dicimus quia homo est nobilissima creaturarum non 45  
determinata ad aliquem habitum a natura nec ad aliquam captelam, quia habet intellectum quo est omnia facere. Vnde sicut materia indifferens est a qualibet forma et omnis potest suo opere, similiter intelectus a quolibet cognoscibili, et propter hoc si haberet aliquam captelam determinatam innatam, pocius esset

---

31. ani- *expunctuatum*

48. similit *M*

50 ignobilitas quam nobilitas. Sed sensitiua ingreditur in omne a natura, et quia  
motus nature est ad unum tantum, animalia bruta habuerunt cauptelas specialiter  
artatas ad unam medicinam uel ad unum nutrimentum. Homo autem non, quia per  
artifficium potest sibi acquirere omnia.

Iusta hoc queritur quare cerua, cum debet parere, comedit dragonteam id  
55 est serpentaria.

Et quare agrestes capre comedunt pulegium ceruinum ad extraendum  
sagitas.

Et quare ruta nocet serpentibus statim post pugnam intrant aqua.

Et quare aues, cum uulnerantur, super uulnera ponunt origanum.

60 Et quare panthera et leopardum accipiunt stercus hominis contra uenenum.

Et quare stercus hominis nocet lupis licet iuuet huiusmodi animalia.

Ad primum istorum dicendum quod dragontea uel serpentaria, quod idem,  
cum calidum est et siccum subtilis substantie, et omne calidum subtile est  
diureticum, et propter hoc ad consumendum materiam et prouocandum menstrua in  
65 hora partus, et ut uie elargentur, ut fetus facilius possit exire, propter omnes istas  
causas comedit cerua dragontea cum debet parere.

Ad tertium dicendum quod ruta est calida et sicca in quarto grado, unde  
subito calefacit. Serpentes autem sunt animalia frigida et humida et propter hoc ruta  
nocet eis quia subito imprimit complexionem contrariam cum sit calida excellenter.

70 Secunda causa est quod odor rute est ualde grauis, uita autem istorum  
animalium est in cerebro, et propter hoc ruta per odorem suum nocet cerebro et  
interficit serpentes.

Ad secundum dicendum quod pulegium calidum est et habet humiditatem in  
superficie. Vnde caliditate sua aperit locum, humiditate uero remollit et sic de facili  
75 extrahitur sagita. Ad quartum dicendum quod una causa est quia serpentes non  
possunt toxicare suum uenenum in aqua, quia aqua impedit uenenum ne possit  
penetrare, imprimere.

---

56. †p... † *lituratum*; pulegium *mg*.

Secunda causa est quia huius animalia, que pugnant contra serpentes, per motum calefiunt et desiccantur et etiam per uenenum, et propter hoc intrat aquam que est frigida et humida. 80

Ad quintum dicendum quod origanum est calidum et siccum et elaxatiuum, et propter hoc et quia sicut dicit Galenus calida et sicca est carnis regeneratiua, et propter hoc aues in uulneribus suis accipiunt origanum et cicius curantur in auibus quam in aliis propter siccitatem sui corporis. In corporibus humidis multe superfluitates et uulnera non curantur nisi prius mundificentur sicut dicit Galenus 85 in *Megategni*.

Ad sextum dicendum quod stercus hominis calidum et est siccum et laxatiuum, et propter hoc panthera et leopardus cum adsunserint uenenum, ad euacuationem sui comedunt stercus humanum. Stercus autem humanum nocet et lupis quia non accipiunt ipsum in uia medicine, sicut panthera et leopardus, uocat 90 uero, sed in uiam cibi in multa quantitate.

Secunda causa est quia sicut lupo distat ab homine et est ei uenenum, similiter ea que exeunt ab homine, sunt a lupo uenenum.

Iusta hoc queritur quare canes eligunt medicinam uomicam plus quam alia animalia. 95

Ad hoc dicendum quod canis habet appetitum ualde intensum et inde dicitur caninus appetitus in homine quia est passio in uiatico, et quia habet appetitum intensum, superflue replet stomachum suum. Talis autem stomachos indiget euacuatione, et propter hoc eligit medicinam uomicam ut stomachum repletum melius euacuet. 100

2. Circa secundum sic sicut est distrasia inaturalis in homine sicut in brutis, ergo medicine que competunt in homine contra unam distrasiam, competunt contra eandem in brutis.

---

89. humanum *lituratum*

Proterea ceruus comedit dragonteam id est serpentariam, quia diuretica  
105 est et consummit et diuidit grossam materiam. Sed eodem modo utimur  
dragonteam in homine, ergo eodem medicine competunt homini et brutis.

Contra secundum quod dicunt auctores, secundum diuersas complexionones  
amministrandum sunt diuerse medicine, sed diuersa est complexio in homine et in  
brutis, ergo non competit eadem medicina homini et bruto.

110 Propterea dicit Auicenna quod in regione calida et †st...da†, sed maior est  
differentia inter complexionem bruti et hominis quam inter ista, ergo et cetera.

Propterea sicut dicit et alii auctores, complexio /268ua/ hominis temperata est  
ita complexionis que est in brutis, ergo ille lapsus qui innaturalis est in homine,  
innaturalis est in brutis, sed lapsus naturalis debet regi per simile, ergo similiter  
115 naturalis in brutis, et in homine lapsus innaturalis regitur per contrarium, ergo non  
competit eadem medicina homini et bruto.

Propterea discrasia naturalis in homine regitur per simile et in brutis autem  
per contrarium. Nam serpentes qui sunt frigidi et humidi dilligunt uinum quod est  
calidum et siccum, sic dicit philosophus, ergo et cetera.

120 Ad hoc quod sicut dictum fuit primum, quod in morbo consimili eadem  
medicina competit in homine et bruto, differens tamen secundum magis, exceptis  
medicinis specialibus, ut iusquiamus competit passeribus sed non competit homini.  
Hoc autem non est ratione complexionis, sed ratione compositionis, sicut escam  
euacuat calidam in homine, sic in equo uel in alio bruto et non in maiori quantitate.  
125 Nam homo est magis passibilis complexionis quam cetera animalia.

Ad hoc autem quod obicis de serpente, dico quod quidam est aspectus  
uniuersalis qui consequitur totam speciem, et si hic, si sit in una specie, non oportet  
quod sit in alia, sed loquendo de aspectu particulari, sicut homo colericus appetit  
sibi similia, similiter brutum colericum.

130 Per hoc patet solutio ad tertium huius.

---

104. id est serpentaria *mg.*

111. contrarietatem *M*; complexionem *add.*

**3.** Circa secundum principale queritur quare equa ualde dilligit fetum suum.

Et quare etiam ancipiter primo rapit cor sue praede siue auis quod accipit.

Quare etiam cignus cantat in morte.

Et quare in piscibus est uisus obtusus, in auibus autem acutus et maxime in rapacibus. 135

Et quare etiam uultures sunt optimi odoratus plus quam ceterae aues uel animalia.

Ad primum dicendum quod una causa est quia est animal nobile et apropinquatur homini.

Secunda causa est quia habet unicum fetum. 140

Tertia causa est quia per longum tempus portat ipsum in utero sicut mulier.

Ad secundum dicendum quod accipiter est animal ualde calidum et propter hoc requirit nutrimentum grossum. Cor autem est huiusmodi respectu aliorum membrorum.

Secunda causa est quia accipiter predam suam uult occidere et propter hoc primo rapit cor quod est radix uitae, sicut uenena primo petunt cor. 145

Ad tertium dicendum quod cor sicut est principium in generatione, sicut est ultimum in corruptione, unde in morte totus calor uenit ad cor et superinflat ipsum, et per hanc uiam uenit sudor in morientibus. Pulmo autem est debilis in ulla hora et nititur moueri, ut reprimat calorem et ut expellat suas superfluitates quia tunc est multum honeratus superfluitatibus, et in illo motu inter illas superfluitates uel humiditates intercipitur aer et fit quidam motus ore, ex modo id est preco mortis, quia ergo cignus habet longum collum, non potest cito exire aer et fit sonus continuus in hora mortis. Est autem iste cantus dulcis, quia sicut dicit Aueroy super librum *De anima*, sonus bene resonat supra aquas, et haec animalia habitant in aqua. 155

Ad quartum dicendum quod in piscibus est uisus obtusus quia sunt in elemento grosso et si habeat uisum accutum, cito periret. Aues autem sunt in elemento ualde subtili. Iterum habent oculos paruos et propter hoc sunt accuti

160 uisus et maxime rapaces, quia habent cerebrum calidum et siccum, et per eadem uiam sunt boni odotatus et maxime uultures cum maxime inter cetera habeant cerebrum calidum et siccum. Et sic soluitur ad quintum.